JOHANNIS BUXTORFI LEXICON HEBRAICUM ET...

Johann Buxtorf

Google



JOHANNIS BUXTORFI
LEXICON
HEBRAICUM ET CHALDAICUM:

Complectens

OMNES VOCES, TAM PRIMAS quàm Derivatas, quæ in Sacris Bibliis, Hebræâ, & ex parte Chaldæâ linguâ scriptis, extant:

INTERPRETATIONIS FIDE, Exemplorum Biblicorum copiâ, Locorum plurimorum difficilium ex variis Hebræorum Commentariis explicatione, auctum & illustratum.

Accessit Lexicon breve Rabbinico-Philosophicum, communiora vocabula continens, quæ in Commentariis passim occurrunt.

Cum INDICE vocum Latino.

Editio sexta, de novo recognita, & innumeris in locis aucta & emendata.

BASILEÆ,
Sumptibus JOHANNIS KÖNIG.

M. DC. LV.

דִּבְרֵי הַסֵּפֶר אֶל־עֵין הַקּוֹרֵא

אֵלַי סוּרוּ הַבַּחוּרִים קִרְבוּ כָּל הַנְ־ עָרִים עָרִים
נוֹפֶת תִּטּוֹפְ־ נָה שִׂפְתוֹתַי עִם אֵלֶּה הַרְ־ בָּרִים בָּרִים
כִּי הוּסְרוּ כָּל־הַמִּלִּין שֶׁבֵּין כַּ״ד הַסְ־ פָרִים פָּרִים
בָּאתִי מוּגַּת שִׁבְעָתַיִם סָר יֵינִי מִשְׁ־ מָרִים מָרִים
נִסְמַן עָלַי מַרְאֵה מָקוֹם מִמִּלִּין בַּסְ־ דָרִים דָּרִים
הַדְּפוּס יָפֶה מִכְלוֹל יוֹפִי לֹא בֵּין הַגְ־ זָרִים זָרִים
דַּרְכִּי יָשָׁר מִכְשׁוֹל הוּסַר תֶּחֱזוּ בוֹ מֵי־ שָׁרִים שָׁרִים
פִּי הָאֵלֶּם אֶפְתַּח אֶפְקַח עֵינֵי כָּל הַ־ עִבְרִים עִוְרִים
רַבִּים אַחְכִּים אִם יִשְׁמְעוּ אִם אַחֵר נִמְ־סָרִים סָרִים
אֶתֵּן לֶקַח בִּמְעַט מֶקַח אֶל־מִשְׁמַעְתִּי שָׂרִים שָׂרִים׃

GENEROSISS. ET ILLUSTRIBUS DOMINIS,

D. ADOLPHO, D. ARNOLDO-JUSTO, D. GUILHELMO-HENRICO, } Fratribus germanis,

COMITIBUS in Bentheim, Tekleburg, Steinfurt & Limpurg: DOMINIS in Rheda, Weselinghofen, Alpen & Helffenstein: LIBERI BARONIBUS in Lennep: Præfectis hæreditariis Coloniensium, &c.

Dominis suis clementiss. Gratiam & Pacem à DEO precatur

JOHAN. BUXTORFIUS.

INTER infinita DEI clementissimi in Ecclesiam, cujus & Vos, Illustres & Generosiss. DD. Comites, tutores estis, collata dona; Linguarum donum tantum est, ut eo, tanquam medio accommodatissimo, DEI vivi & veri, cœli terraq; Creatoris, ipsiusq; sanctissimi verbi cognitio inter gentes infideles, ab Ecclesia & Republica Israelis remotas, eruperit, propagata &

conservata sit. Primitùs enim DEI *cognitio purior & perfectior vigebat tantùm in populo uno, circumscripta linguâ unâ, nempe Hebrææ in populo Hebræo, quem solum* DEUS *pro suo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium sibi elegerat, & fœdus gratiæ, Verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cùm verò populus iste, progressu temporis, majori ex parte perfidus & refractarius fieret, statuit* DEUS, *pertinacissimâ populi malitiâ & ingratitudine offensus, fœdus suum tantùm in reliquis fidelibus conservare, & in refractariorum locum exteras gentes assumere, easq; ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, & equidem consilio* DEI *suspiciendo, ac providentiâ admirabili. Subtraxit Judæis immorigeris animarum pastores Prophetas, sustulit Reges tutores corporum, & conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum cœperunt magis magisq; pessum ire, religio concidere, sectæ irrumpere, cultus verus* DEI *labascere & in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, distrahebantur inter vicinas gentes, ac inter eas Aegyptiis & Græcis adeò familiares facti sunt, ut & linguam Græcam singulari* DEI *consilio addidicerint. Interea suscitat* DEUS *animum Ptolomæi, Aegyptiorum regis, quem Philadelphum cognomina-*

minarunt, ut, cùm esset omnium scientiarum & sapientium virorum amantissimus & cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebræorum sibi describi, ac maximè Legem ipsorum pernoscere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazare summo Judæorum Pontifice septuaginta duos selectissimos viros, qui S. Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipsi transtulerunt, idq́ circa annum CCLXXX. *ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos, re benè gestâ, cum muneribus amplissimis Hierosolymam remittit. Hîc demùm prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad* DEUM *jaciuntur; hîc cognitionis* DEI *inter gentes sparguntur semina, quæ paulatim in culmum assurgere, & postmodum, irrigante Christo & Apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant: hîc quæ ter mille & aliquot centenos annos à condito mundo gentes latuerant, communi & longè lateq́ tum patente linguâ innotescunt: hîc thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, & ne terrâ quidem dignas antea judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit* DEI *consilium, ut illi ipsi, qui Messiam,* CHRISTUM DOMINUM, *spreturi & rejecturi erant,* CHRISTUM *gentibus amplectendum manifestarent: ut Verbum, quod sibi solis à* DEO *concreditum*

semper gloriati erant, nunc ultrò & fideliter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Eusebius scribit, ne si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quâ erga Christum & Christo fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quàm avidè autem ea acceptata, & latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus adeò in Ecclesiis pervulgata erat, ut jam Verbum DEI *planè ab Hebræis ad Græcos transiisse visum fuerit. Hæc itaque Verbi divini inter gentiles, per translationem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata & salutaria fuêre initia.*

CHRISTO *in plenitudine temporis mundo exhibito, ut* DEI *nomen celebre ab oriente in occidentem usque redderetur, rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuique genti & nationi secundùm suam linguam prædicaretur & innotesceret. Quocirca anno* CHRISTI XXXIV. *in festo Pentecostes, Judæis ex omnibus nationibus Hierosolymis congregatis, ac diversis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in Apostolos cælitùs mittitur*, & cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari, *ut est Actor. 2. v. 4. ita ut singulæ nationes eos suâ*

linguâ

linguâ loquentes, maximo cum stupore audirent & intelligerent. Locuti etiam sunt postea omnium istarum gentium linguis, ad quas egressi sunt, ut Christum prædicarent.

Post Apostolos Verbum DEI *scriptum, Veteris quidem Testamenti, Septuaginta interpretum Versione Græca, Novi autem ab Evangelistis & Apostolis itidem Græcâ linguâ comprehensum, in Ecclesiis populi* DEI *permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conservata fuit.*

Circa annum Christi CXXIX. *sub Imperatore Aelio Hadriano*, Aquila Ponticus *ex gentili Christianus, ex Christiano Judæus factus, Judæorum linguam, id est, Hebraicam discit, ac de novo Vetus Testamentum ex Hebræo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epist. ad Pammachium:* Aquila proselytus & contentiosus interpres, non solùm verba, sed etymologias verborum transferre conatus est, &c. *Et Comm. in Jesajam cap. 4.* De Aquila autem non miror, quòd homo eruditissimus linguæ HEBRAICÆ, & verbum è verbo exprimens, &c.

ANNO Christi CLXXX. *sub Imp. Commodo innotuit* Theodotionis Pontici *interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris:* Post hũc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus

Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus & ipse illius hæresi, & ad Judaismum declinans, & circumcisus, & HEBRÆORUM linguam ipsorumque elementa edoctus, privatim etiam ipse interpretationem, & pleraque consonanter cum Septuaginta duobus, edidit.

ANNO Christi CC. sub Imperatore Severo, Symmachus, *à Samaritanis ad Judæos in Christum credentes (appellantur Judæi, quòd circumcisionem retinerent) deficiens, novam Sacræ Scripturæ interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in cap. 32. Jerem. scribit. quòd* non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis, juxta intelligentiæ ordinem, expresserit.

ANNO Christi CCXIX. Imper. Anton. Caracallâ, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Jericho aliam Sacræ Scripturæ ex HEBRÆO in Græcum interpretationem, quæ Quinta editio *appellata fuit.*

ANNO Christi CCXX. denuò nova reperta est Interpretatio, quæ Sexta editio *dicta. De hac Epiphanius citato libro:* Post hunc regnavit Alexander filius Mameæ annos tredecim: in medio horum temporum inventa est Sexta editio in Nicopoli ad Orientem sita.

Origenes *circa hæc tempora, studio conservandæ*

vandæ Sacræ Scripturæ in Ecclesia adductus, conjunxit primùm quatuor priores Græcas, LXX. Aquilæ, Theodotionis & Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent; eaq; appellata fuêre Biblia Tetrapla. *Postmodùm præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum, & eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea* Hexapla. *Denique cùm inventæ essent Quinta & Sexta editiones, eas quoque prioribus, distinctis columnis, addidit; unde emanarunt* Octopla, *ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.*

Circa Annum Christi CCC. *& paulò ulteriùs,* LXX. *Interpretum Translatio emendata fuit per* Lucianum Martyrem & Hesychium. *De his Hieronymus in præfat. lib. Paral. sic scribit:* Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat autorem: Constantinopolis usque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat: Mediæ inter has provinciæ, Palæstinos Codices legunt, quos ab Origine elaboratos Eusebius & Pamphilus evulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifariâ varietate compugnat. *De Luciano martyre scribit Eusebius:* Ipse omnes libros sacros rursus sumpsit, & ex lingua renovavit HEBRAICA, quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis

corrigendis plurimùm laboris conferens.

Circa annum Christi CCCC. Hieronymus Stridonensis, *omnium Christianorum primus, cùm ante viginti annos Hierosolymis à Judæis linguam Hebræam discere cœpisset, Biblia Hebræa in linguam Latinam transtulit, & in occidentales Ecclesias Verbum* DEI *propagavit. Translatio ipsius longè lateq; ab Ecclesiis acceptata fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: unde non tantùm Translatio ipsius graviores depravationes passa est, quàm nunquam antea Biblia Græca (quæ subinde suos cultores & restauratores habuêre) sed & in universa doctrina Ecclesiæ, horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.*

Anno Christi M.CCC. Nicolaus Lyranus *Hebraicè peritissimus, Biblia Latina commentariis quidem illustravit; at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.*

Tandem DEUS, *clementer Ecclesiæ suæ misertus, excitavit circa annum* M.D. *linguarum studiosissimos & peritissimos viros, qui turbatorum lacuum pertæsi, Scripturam sacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamq; vero suo nitori restituere, agminatim conati sunt.*

Anno Christi M.D.XV. *in Hispania prodiit*

diit insigne Opus Biblicum Complutense, *studio* Francisci Ximenii, *Archiepiscopi Toletani.*

Sequenti anno editum est in Italia Psalterium Octoplum, *Hebraicè, Græcè, Arabicè, Chaldaicè, cum tribus versionibus Latinis, & commentario ex Hebræis potissimùm Scriptoribus elaborato, per Aug.* Justinianum Genuensem, *Episcopum Nebiensem.*

Anno Christi M. D. XXVIII. *in Gallia* Santes Pagninus Lucensis, *post Hieronymum primus Biblia Hebræa integra in Latinum fidelissimè convertit.*

Anno M. D. XXXIV. *in Germania* Sebastianus Munsterus, *& paulò post*, Sebastianus Castalio, *similiter magnâ fide & diligentiâ Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt.*

Anno M. D. XLIII. *prodiit Versio Latina* Leonis Judæ, *Theologi Tigurini, religione & fide summâ elaborata.*

Anno M. D. LXVIII. *insecuta sunt* Biblia Regia Hispanica, *Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili, labore & diligentiâ admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Ariam Montanum adornata.*

Postremò, viri incomparabiles Immanuel Tremellius & Franciscus Junius, *suam quoq; Versio-*

Versionem, perpetuis textûs notis diligentissimè illustratam, Ecclesiæ exhibuerunt. Præter hosce publicos in universam Ecclesiam redundantes labores, privatim etiam singulæ penè nationes, in sua lingua vernacula, Versiones biblicas hoc seculo consecutæ sunt.

Vidimus Verbum DEI*, per beneficium cognitionis linguæ Hebraicæ, inde à tempore* LXX. *Interpretum, à tribus scilicet fermè seculis ante natum Christum, in sua puritate conservatum, aut, cùm longinquitate temporis & librariorum incuriâ depravatum esset, ad suam puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ concessit industriæ, ad hæc usque tempora reductum esse. Quanta itaque laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt & propagarunt? Inter hos, post Hieronymi tempora, Christianorum primus fuit* Johannes Capnion *Phortzensis, vulgò* Reuchlin *dictus, U. J. D. & Maxim. Imperatoris ac Eberhardi primi Wirtebergensis Ducis consiliarius, & totius Sueviæ Triumvir. Hic Anno Christi 1494. edidit librum de Verbo mirifico, arcanâ Hebræorum sapientiâ refertum: Anno 1506. Grammaticam & Lexicon Hebraicum, & decennio pòst, Libros tres De arte Cabalistica. Hunc attigerunt in Hispania* Petrus Galatinus: *in Italiâ* Felix Pratensis,

Daniel

Daniel Bombergus, Elias Levita *Judæus Germanus Romæ tunc degens: in Gallia* Santes Pagninus, Guilelmus Postellus, Franciscus Vatablus. *Subsecuti sunt* Johannes Mercerus, Cornelius Bertramus, Anton. Rodolphus Cephalerius: *in Germania* Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius, *& plurimi alii, qui vel Præceptis vel Lexicis, vel utroque, Hebraicum studium mirum in modum propagarunt. Adeò potens isto seculo fuit* DEI *erga Ecclesiam suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas & profligandas.*

Jam verò, ut ad vos, Illustres & Generosiss. DD. Comites, propiùs sermonem dirigam, cùm Divinæ providentiæ placuerit, me ex omnibus minimum ad docendam linguam Hebræam in celeberrima Basileensi Academia vocare, studui pro viribus Spartam nactam exornare, & assiduitate augere. Etsi autem meæ mihi tenuitatis in hisce studiis probè conscius sim, tamen monente Apostolo; Ut quisque accepit donum, ita alius in alium illud subministrantes, boni estote dispensatores varię Dei gratię, 1. Pet. 4. v. 10. *volui quoque qualiacumque dona, mihi ex gratia concessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc* LEXICON HEBRAICUM *&* CHALDAICUM *ad usum Studiosorum*

sorum Theologia, qui magna molis libros circumferre nequeunt. In ea voces omnes Veteris Testamenti, quatenus illud Hebraicè, & ex parte Chaldaicè conscriptum, fidâ curâ explicantur. Non pauca etiam loca obscura & difficilia illustrantur. In subsidium adhibui Chaldæos & Hebraos interpretes, priscos & recentiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum authoritate quàm sæpissimè lux infertur locis ab interpretibus nostris diversimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcunque, Vobis, Generosissimi D D. Comites, inscribere & dedicare volui, tùm, ut esset testimonium publicum memoris & grati mei animi, pro favore summo ac singulari multiplicíq; benevolentia & clementia erga me vestra, quam ante viginti annos primùm in Illustri Schola Nassovia, deinde hîc Basileæ, postremò etiam Argentinæ, magno meo cum gaudio expertus sum. Quæ benevolentia Vestra, ut perpetuam apud me memoriam promerita est, ita eandem quoque in posterum erga me constantem futuram, haud dubius spero. Altera causa, quoniam Divina clementia Vobis dedit, ut sitis in eorum numero, qui Ecclesiæ & Scholarum fidi & liberales dicuntur & sunt nutritii: quâ virtute quæ major in principe & in eminentia constituto Dominatore esse potest? Præclarum profectò

κατόρθωμα

κατόρθωμα per Inclytum Parentem vestrum D. ARNOLDUM *bened. mem. Filius* DEI *præstitit, quòd sublato in sublime* VERITATIS VEXILLO *Ecclesiam inter tot turbas & immania rerum discrimina reformarit, & Illustrem* SCHOLAM STEINFURTANAM, *inter tot hostiles incursiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterq; erexerit. Eo non tantùm pietatis in* DEUM, *& fidei in patriam fidosq; ac charos patriæ accolas, sed & benevolentiæ erga exteros remotiores, testimonium editum est luculentissimum. Vigent enim illic nunc variæ doctrinæ, erudita studia, aluntur in præcipuis Scientiis viri Clarissimi & Doctissimi, confluunt undiq; Juvenes & Studiosi literarum flagrantissimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantùm ex hisce Helvetiæ partibus; sed & ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales studiorum fructus illic acquisitos prædicarent. Hanc laudem Pietate fundatam, in longinquum profitebitur subsecutura posteritas. Quare cùm Vos ipsi, Generosiss. Comites, variarum linguarum & rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis & doctrinarum præclara studia conservanda, cùm Paterna institutione, tùm proprio pietatis zelo, summè propensi sitis, optimam spem concipio, fore ut & hosce meos conatus ad studium Theologiæ, quod in vera intelligentia*

telligentia Verbi divini linguâ Hebræâ & Græcâ conscripti, fundamentum habet, promovendum, benignè & clementer approbaturi sitis. Quod cùm de Vobis intellexero, abundè magnum horum studiorum fructum consecutus videbor. Oro autem Filium Dei, Jesum Christum, ut det Vobis diu videre Terram vestram Pace, Concordiâ, Religione, Disciplinâ florentem, ad Dei gloriam & Ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ 17. August. Anno Domini

M. DC. VII.



JOHANNIS BUXTORFIUS LECTORIBUS S.

EN vobis sextam, ex benedictione Divina, Lexici hujus editionem. Felix hæc distractio inescavit alios, ut illi quoque huic prædæ inhiarent. Eam enim dum paramus, fama ad nos defert, Franekeræ idem & eâdem excudi formâ. Neque ea vana fuit. Brevi enim pòst, accepto trium foliorum specimine, plena rei fides nobis facta fuit, ut jam ad sufflaminandum illum conatum nihil amplius fuerit consilii. Non jam facti hujus enormitatem, quod facilè possem, exaggerabo. Charitati, quam profitemur, repugnat, cum proximi dispendio suum quærere compendium: Juri & justitiæ, alienum sibi, invito & inscio Domino vendicare, falcemque suam in alienam messem mittere.

Hactenus

Hactenus à nobis opera data fuit, ut nec de exemplarium defectu, nec de pretii æquitate, nec de characterum nitore, nec de chartæ bonitate (in postremis præsertim editionibus), neque etiam de correctione, justam conquerendi causam quisquam habere posset. Ut planè nesciam, quid novæ hujus editionis authores ad hoc permoverit; nisi αἰσχροκερδία. Verùm benè habet: ut plerunque accidit, ut quæ præter jus & fas tentantur, successibus & benedictione Divinâ careant; imò in nostram perniciem cedant & convertantur: ita idem hîc quoque deprehendimus. Ex trium enim illorum foliorum, ad nos missorum, (literarum G, K, L, ex primo alphabeto) inspectione & perlustratione, animadvertimus illam talem esse, ut nemo, qui eam vel primo intuitu adspexerit, & cum Basileensi contulerit; eam sit huic prælaturus, nedum si penitiùs introspexerit. Characteres Hebræi usu & vetustate sunt attriti, ut literarum & punctorum figuras passim vel non perfectas, vel maculosas exprimant: Unde magnæ, tyronibus præsertim, difficultates objiciuntur. Et, si maximè novi essent, tamen ad nostrorum elegantiam ne sic quidem accederent. Basileensis editio triplices exhibet characteres; Majusculos, quibus Radices; Minusculos, quibus derivata; minores, quibus exempla adducta sunt expressa: In Franekerana nonnisi duplices deprehendimus. Ut illud taceam, quòd non debita sit inter characteres Hebræos & Latinos proportio, unde insignis deformitas oritur, à quovis, etiam rerum typographicarum imperito, deprehendenda.

Quod verò ad internam formam attinet, illâ prorsus caret ac destituta est, adeò ut sit instar putidi ac fœtidi cadaveris, omni vitâ destituti. Qui correctio-

ni præfuit, neque suam in hoc laboris genere probavit peritiam, neque diligentiam debitam adhibuit. Miratus sum, cùm impressum, quod imitarentur, exemplar ante se habuerint, tot potuisse ab operis typographicis σφάλματα committi, nedum à correctore relinqui. In tribus memoratis foliis quidem tantam inveni erratorum segetem; ut si (de quo non dubitandum) cætera ejusdem sint generis, plaustrum integrum ex toto opere sit convectaturus, qui huic messi operam suam impendere voluerit. Id ne ex præpostero affectu à me dici videatur, oculis vestris subjicitur Catalogus erratorum in tribus foliis deprehensorum, isque non accuratè & rigidè, vel ad invidiam, collectus: longè plura enim, secundum leges typographicas, annotanda fuissent. Ex iis facile erit de toto opere judicare. Neque puto jam ulterius necessarium esse, ut Emptoribus editionem illam Franekeranam pluribus verbis vel argumentis dissuadeam, vel Basileensem, meâ curâ, à capite ad calcem, correctam & revisam, commendem. Qui mercis probæ ab improba discrimen exploratum habet, nunquam, si sapiet, hanc illi præferet: En ergo ejus Notas & characteres.

In literâ G.

Pag.97. lin. 15. גָּבַה, pro גָּבַהּ *Omissum Mappik in He.*
lin.17. נָבַהְתָּ, pro גָּבַהְתָּ.
lin.29. נבח, pro גבח; *Nun pro Gimel.*
Pag.98. lin.1. *Paater*, pro *Prater.*
lin.4. והִגְבַלְתָּ, pro וְהִגְבַּלְתָּ, *omissum Dages in* ת.
lin.13. גבלים pro גִּבְלִים.
lin.24. post *id est*, omissa distinctio.

Pag.99.

Pag.99. lin.27. גִּבָּר, pro גִּבָּר.

Pag.100. lin.1. *Hera*, pro *Hera*.

lin.7. בִּגְבוּרוֹתָיו, pro בִּגְבוּרוֹתָיו, Vav ultimum non debet habere Schurek.

lin.9. *Margatita*, pro *Margarita*.

lin.11. הַגָּנָּה, pro הַגָּנָה · ג secundum non debet habere Dages.

lin.16. *Coriandtum*, pro *Coriandrum*.

Ibid. post *Herba est*, ponitur *punctum*, loco commatis.

lin.17. *cum* pro *cui*.

lin.20. *Jona*, pro *Joma*.

lin.24. גְדַבְרַיָּא pro גְּדָבְרַיָּא.

Pag.101. lin.6. לַגַּד pro לַגַּד.

lin.11. גַּד pro גָּד.

lin.19. נדה pro גדה.

Ibid. *Plutal.* pro *Plural.*

lin.20. גְּדָיֵי pro גְּדָיֵי.

lin.28. הִיגְדִיל pro הִגְדִּיל.

lin.31. Jer.58. pro 48.

Ibid. *Parat.* pro *Prat.*

lin.32. *Eut.* pro *Fut.*

Pag.102. lin.10. בָּשָׂר pro בְּשַׂר.

lin.23. מִגְדְּלָא pro מִגְדְּלָא.

lin.30. מִגְדְּלוֹת pro מִגְדְּלוֹת.

Pag.103. lin.1. *Alias* pro *Aliâs*.

lin.4. post *Succisi*, vitiosè ponitur *Divisum*, h.e. nota Divisionis. ut & lin.8. post *Excisi*.

lin.12. מְגַדֵּף pro מְגַדֵּף.

lin.13. גִּדּוּפִים pro גִּדּוּפִים.

lin.31. גדש pro גדש.

Pag.104. lin.3. *en* pro *in*.

lin.15. גַּבִּי pro גֹּבִי: *omissum Cholem*.

lin. 18. כְּמַשְׁקְגַבִּים quaſi una eſſet vox, pro כְּמַשַׁק גֵּבִים.

lin. 30. מְגַוָּה pro מִגְּבָה.

Pag. 105. lin. 1. גּוֹךְ pro נֻוּךְ.

lin. 9. *corpora* pro *corpore.*

lin. 10. *Aſſ.* pro *Aff.*

lin. 19. וַתְּגַה pro וַתָּגַח.

Pag. 106. lin. 2. *latiter* pro *lariter.*

lin. 27. יְגַלְתִּי pro וְגַלְתִּי.

Pag. 107. lin. 2. בִּגִילְכֶם pro בְּגִילְכֶם.

lin. 4. *ſupplit* pro *ſupplet.*

lin. 8. וְגוֹעַ pro וְגוֹעַ, redundat Cholem ſupra ו.

lin. 12. *ibib.* pro *ibid.*

lin. 18. *peregrimo* pro *peregrino.*

lin. 29. *Hitph.* pro *Hithp.*

Pag. 108. lin. 6. lege, וְגֵרַךְ, & גֵּרִים.

lin. 8. מְדִינָה pro מִמְּדִינָה.

lin. 30. *æraria* pro *ærario.*

lin. 31. *Quæſtoris* pro *Quæſtores.*

Pag. 109. lin. 1. נֵזז, pro גֵּזז.

lin. 5. וּמִגַּז pro וּמִגֵּז.

lin. 13. בָּרִית pro בְּרִית: redundat Cholem ſupra ב.

lin. 29. גָּזַע pro גֵּזַע.

Pag. 110. lin. 11. *decreta* pro *decreto.*

lin. 18. סְגֵזֵרָה pro מִגְזֵרָה.

lin. 27. *dereptilium* pro *de reptilium.*

Pag. 111. lin. 2. לַגִּי pro לְנִי.

lin. 10. הֵנֵם pro הִנֵּם.

lin. 19. *prius* pro *pius.*

Pag. 112. lin. 31. poſt *tunc* vitiosè ponitur diviſionis nota.

In K.

In K.

Pag.145. lin.8. שמרוֹן pro שֹׁמְרוֹן.
Pag.146. lin.14. תִּדְמִי pro תִּדְמִי.
lin.21. *Jesa* pro *Jesa.*
lin.26. מֶע pro דָמֶע.
lin.27. מַלְאָתְךָ pro מְלֵאָתְךָ.
lin.31. *guttatum* pro *guttatim.*
Pag.147. lin.1. וַעוּד pro יָעוּד.
lin.4. דמעתך pro דִמְעָתֶךָ.
lin.8. רזָא pro רָזָא.
lin.13. כַּדְנָג pro כַּדְנַג.
lin.20. דָפִי pro דפִי.
lin.23. דפק pro דפֵק.
lin.31. ותדק pro וְתָדק.
Pag.148. lin.17. ודקות pro וְדָקוּת.
lin. 21. *trasfixerunt* pro *transfixerunt.*
Pag.149. lin.3. דראן pro דֵרָאוֹן.
lin.18. כּוֹכָב pro כוֹכב.
lin.26. לדרכו pro לְדַרְכּוֹ.
lin.28. *illic* pro *illuc.*
Pag.150. lin.13. ררר pro דרר.
Pag.151. lin.27. דִּשְׁנַת pro דִשְׁנַת.
lin.30. יִדְשְׁנֶה pro יְדֻשְּׁנֶה.
lin.32. עֶצֶם pro עָצַם.
Pagin.152. lin.5. deest post *terra*, locus Scripturæ, Psal.22.v.30. qui malè relatus in lineam 8.
Pag.153. lin.12. הַכְמֵי pro חַכְמֵי.
lin.19. מלב pro מְלַב.
lin.21. הָאַרְיֵה pro הָאַרְיֵה.
lin.22. *Jesa*.3.14. pro *Jesa*.31.4.
Pag.154. lin.7. יִדְרֹךְ pro יִדְרֹךְ.
lin.9. ולא pro וְלֹא.

lin.16. הֲדם pro חֲדם.
lin.19. תִתעַבְדוּן pro תִּתְעַבְדוּן.
Ibid. הַדָמִין pro הַדְמִין.
lin.20. *Sirè* pro *Syrè*.
lin.30. יְהַדְפְּנוּ pro יְהַדְּפֻנוּ.
Pag.155. lin.23. אֲהַת pro אֲחַת.
lin.29. וְהַדָר pro וְהַדָּר.
Pag.156. lin.2. *super est* pro *superest*.
lin.8. הֲוָה pro הֲוָה.
lin.13. לֶהֱוֵיהוֹן pro לֶהֱוֵיהוֹן.
lin.14. *iila* pro *illa*.
lin.21. בוֹגְדִים pro בּוֹגְדִים.
lin.22. דִרַשִׁיעֵי pro דְרַשִׁיעֵי.
lin.26. וְהַיָתִי pro וְהַיְתִי.
lin.28. הַוות pro הַוּוֹת.
Ibid. עַר pro עַד.
lin.29. *ærumne* pro *ærumnæ*.
Pag.157. lin.5. *cum* pro *cùm*.
Pag.158. lin.6. אַרבַע pro אַרְבַּע.
lin.12. הַנִכְבָד pro הַנִּכְבָּד.
lin.17. הַיִשְׂרְאֵלִית pro הַיִּשְׂרְאֵלִית.
Pag.159. lin.5. אֲדנָי pro אֲדֹנָי.
lin.30. *Patrum* pro *Petrum*.
Pag.160. lin.1. *fere* pro *ferè*.
lin.8. *mystica* pro *mysticè*.
lin.9. *magna* pro *magnæ*.

In L.

Pag.161. lin.17. *Salmon* pro *Salomon*.
lin.18. *hestoria* pro *historia*.
lin.24. הַקֹדֶשׁ pro הַקֹּדֶשׁ.
lin.27. אֱלָהַ pro אֱלֹהַ & אֱלֹהִים pro אֱלֹהִים. Sic iterum lin.30.

Pag.162.

Pag.162. lin.11. *Talmndico* pro *Talmudico*.
lin.20. לְעָלַם : pro לְעָלֵם.
Pag.163. lin.14. *id, est in cælo,* pro *id est, in cælo*.
Pag.164. lin.3. *tefragrammaton* pro *tetragrammaton*.
Pag.165. lin.9. לה pro לה׳.
lin.15. & 16. *Magnificavi eum Schembamphorasch;* pro *Magnificavit eum per Schembamphorasch*.
Pag. 166. lin. 8. *Chiskai* pro *Chiskia*.
Pag.167. lin.16. *proficiscindum* pro *proficiscendum*.
Pag.168. lin.11. הָהֵנָה & בָּהֵנָה pro בָּהֵנָּה , הָהֵנָּה.
lin.18. ולא pro ולא.
lin.22. נִהְיָרה pro נִהְיָרה. Sic lin. 24. נִהְיְתָה pro נִהְיְתָה.
Pag.170. lin.2. יְהַלֵּךְ pro יְהַלֵּךְ.
lin.24. הֲלִיכוֹתֶיךָ pro הֲלִיכוֹתֶיךָ.
lin.29. תַּהֲלֻכוֹת pro תַּהֲלֻכוֹת.
lin.32. הַנַּהֲלוּלִים pro הַנַּהֲלוּלִים.
Pag.171. lin.13. *exprima* pro *ex prima*.
Pag.172. lin.3. הוללה pro הוֹלֵלָה.
lin.9. לְפִי pro לְפִי.
Ibid. *laudum* pro *laudem*.
lin.12. *Parvitatem* pro *Pravitatem*.
lin.15. *Consſr.* pro *Constr.*
Pag.173. lin.4. הַמִּית pro הֵמִית.
lin.32. וְהַמִּתִי pro וְהֵמִתִי.
Pag.174. lin.3. *proflegavit* pro *profligavit*.
lin.22. חָנַךְ pro הִנֵּךְ.
lin.23. *Reg.7.2.* pro *2.Reg.7.2.*
Pag.175. lin.1. וַיָּהָם pro וַיָּהֶם.
lin.4. *Mntavit* pro *Mutavit*.
lin.6. הָפְכוּ pro הָפְכוּ.
lin.10. זאת pro זאת.

lin.13.

lin.13. *Hitphh.* pro *Hithpah.*
lin.25. *Jea* pro *Jerem.*
Pag.176. lin.2. פַּטַף pro עָטַף.
Ibid. *Inrerfectus* pro *Interfectus.*
lin.4. *Cædus* pro *Cædes.*
lin.6. הֲרֻגָה pro הֲרֵגָה.
Ibid. צאן pro צאֹן.
lin.10. *est ex loco Kamez*, pro *est loco Kamez:*
lin.21. *perpetuo* pro *perpetuò.*
lin.24. *Hof.* pro *Hos.*
lin.25. וְהֵרַגְם pro יַהַרְגֵךְ.
lin.30. מַעֲשֵׂי pro מַעֲשֵׂי.

De his publicè monere, è re vestrâ & nostrâ esse duximus.

Valete.



JOHANNIS

JOHANNIS BUXTORFI
LEXICON
HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

א

אבב אָבִיב *Nomen masc.* Culmus, Spica mutica, *Exod.9.31.* Arista virens, *Lev.2.14. Inde mensis* אָבִיב *Exod. 13.4. id est*, Martius, *quasi mensis Spicarum, quia hordeum tunc fuit spicatum*, *Exod.9.31.*

אֵב *m.* Viror, Virens, Fructus recens, *forma* קֵן: Cum Affixo, בְּאִבּוֹ *In virore suo*, *Job.8.12.* Plurale constructum, בְּאִבֵּי הַנָּחַל *In virentia vallis*, *Cant.6.10.*

אִבָּא, אִנְבָּא *m.* Chald. Idem. Aff. וּבַדַּרוּ אִנְבֵּיהּ Et dispergite fructum ejus, Dan.4.11. וְאִנְבֵּהּ Et recens fructus ejus, Dan. 4.9. *ubi* נ *est loco Dagesch. Radix* אֲבַב Primum vel præcocem fructum producere, *legitur in Targum*, *Hos.9.10.*

אבד Periit, Interiit: Partic. Benoni, אֹבֵד *Periens, vel Perdita, Deut.32.28. in Pathach, propter constructionem, ut Aben Esra recenset.* Futur. יֹאבֵד *Peribit, Proverb.19.9. in Tzere propter pausam:* Chald. Futur. יֵאבַדוּ Peribunt, Jerem.10.v.11. Pih. אִבֵּד Perire fecit,

Perdidit: Futurum, וָאַבֶּדְךָ *Et perdidi te, Ezech.28.16. pro* וָאַאַבֶּדְךָ *euphoniæ causâ.* Hiph.Præterit. וְהַאֲבִיד *Et perdet, Num.24.19.* Fut. אֹבִידָה *Perdam, Jerem.46.8.* א *radicali abjecto, & Cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaicâ, assumpto.* Chald. Infinit. לְהוֹבָדָה Ad perdendum, Dan.2.12. & in *Aleph*, לְהוֹבָדָא v.24. Futurum, תְּהוֹבֵד Perdes, v.24. יְהוֹבְדוּן Perderent, v.18. in quibus א radicale mutatum in ו; & ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א. Hoph. Præterit. הוּבַד Perditum fuit, Dan.7.11.

אֹבֵד *m.* Perditio, *Num.24.20. Psal.119.176. Quibusdam manet Particip. Kal. Est formæ* שֹׂרֵק *Vitis generosa.*

אֲבֵדָה *f.* Res perdita, sive amissa, *Levit.6.v.3.* Constructum, לְכָל אֲבֵדַת אָחִיךָ *Omni rei amissæ fratris tui, Deut.22.v.3.*

אֲבַדּוֹן *m.* Perditio, Perditionis locus, Interitus, *Jobi 28.22. Prov.15.11.*

אֲבַדּוֹה *f.* Idem, *Prov.27.20. quod legitur* אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן *m.* Idem: Constr. בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *In perditionem cognationis meæ, Esth.8.6. juxta Aben Ezram.*

אַבְדָן *m.* Idem, *Esth.9.5. quod juxta R.D.Kimchi possit esse Infinitum Pihel, cum* ן *paragogico, & Dagesch ejecto.*

אבה Voluit, Acquievit: *Construitur sæpè cum Dat. & ferè additâ negatione:* Præt. לֹא אָבָה לִי *Non acquievit mihi, Psalm.81.12.* וְלֹא אָבוּא *Et non voluerunt, Jes.28.12. cum* א *paragog.* Fut. אַל תֹּבֵא *Ne acquiescito, Prov.1.10. ubi prima radicalis abjecta, & tertia in* א *mutata est.*

אָב *m.* Pater, *à propensa Voluntate erga liberos, quasi Benevolus dictus:* Item Author, Inventor *primus, Gen.4. v.20.* Doctor, *2.Reg.2.12. id est,* רַבִּי *juxta paraphrasten Chaldæum:* Socer, *affinitate pater, 1.Sam.24.12. Tribuitur*

buitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officio suis ministris, subditis aut domesticis, Patrum loco sunt, ut 2.Reg.5.13. *Denique includit &* Avum *&* Proavum: *& pluraliter, quoslibet Majores:* Constr. אֲבִי *& bis* אַב, *Genes.*17.5. Aff. אֶת אָבִי *Cum patre meo, Genes.*19.34. *cum Kametz ad differentiam formæ constructæ.* Plur. אָבוֹת Patres, Majores; Constr. אֲבוֹת: Affixum, אֲבוֹתַי *Patres, vel Majores mei, Psal.*39.13. Chald. אַב: Aff. אֲבוּךְ Pater tuus, Daniel.5.11. אֲבוּהִי Pater ejus, Dan.5.2. אָבִי Pater meus; verſ.13. *Plurale,* אֲבָהָתִי Patrum meorum, Dan.2.23. cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ Patrum tuorum, Eſræ 4.15. אֲבָהָתָנָא Patres noſtri, Eſræ 5.12.

אֵבֶה *m.* Voluntas, Deſiderium: עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה *Cum navibus desiderii, Job.*9.26. *id est, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt Desiderii sui, perveniendo quò volunt & desiderant, ut explicat R.Levi Gerson, & R.David in lib. Rad.*

אֶבְיוֹן *m.* Egenus, *quasi Desiderans dictus: cùm enim sit pauper & bonis destitutus, semper habere Desiderat, scribit R.Sal. Exod.*23.6. *Deut.*15.4. Aff. אֶבְיֹנְךָ *Egeni tui, Exod.*23.*v.*6. Plur. אֶבְיוֹנִים *&* Conſt. וְאֶבְיוֹנֵי *Egeni, Exo.*23.11. Aff. אֶבְיוֹנֶיהָ *Egenos suos, Psal.*132.15.

אֲבִיוֹנָה *f.* Appetitus, Concupiſcentia, *Eccles.*12.7.

אֲבוֹי Heu, Eheu, *Prov.*23.29.

אֲבִי Ah, ô, *Optandi & desiderandi affectum significans, Job.*34.36. *Quibusdam, Voluntas mea: Pater mi.*

אבח אִבְחָה *f.* Cuſpis, Mucro: Conſt. אִבְחַת חָרֶב *Mucronem gladii, Ezech.*21.20. *Interpretes Hebrai variant: alius* Terrorem, *alius* Mactationem, *alius* Clamorē *exponit, respiciendo ad Radices* בעת, טבח, נבח*, per literarum commutationem.*

Perdidit: Futurum, וָאַבֶּדְךָ *Et perdidi te, Ezech.28.16. pro* וָאֲאַבֶּדְךָ *euphoniæ causâ.* Hiph.Præterit. וְהֶאֱבִיד *Et perdet, Num.24.19.* Fut. אֹבִידָה *Perdam, Jerem.46.8.* א *radicali abjecto, & Cholem ex forma Kal, vel certe Chaldaicâ, assumpto.* Chald. Infinit. לְהוֹבָדָה Ad perdendum, Dan.2.12. & in *Aleph*, לְהוֹבָדָא v.24. Futurum, תְּהוֹבֵד Perdes, v.24. יְהוֹבְדוּן Perderent, v.18. in quibus א radicale mutatum in ו; & ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א: Hoph. Præterit. הוּבַד Perditum fuit, Dan.7.11.

אֹבֵד *m.* Perditio, *Num.24.20. Psal.119.176. Quibusdam manet Particip. Kal. Est formæ* שֹׂרֵק *Vitis generosa.*

אֲבֵדָה *f.* Res perdita, sive amissa, *Levit.6.v.3.* Constructum, לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ *Omni rei amissæ fratris tui, Deut.22.v.3.*

אֲבַדּוֹן *m.* Perditio, Perditionis locus, Interitus, *Jobi 28.22. Prov.15.11.*

אֲבַדֹּה *f.* Idem, *Prov.27.20. quod legitur* אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן *m.* Idem: Constr. בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *In perditionem cognationis meæ, Esth.8.6. juxta Aben Ezram.*

אַבְדָן *m.* Idem, *Esth.9.5. quod juxta R.D.Kimchi possit esse Infinitum Pihel, cum* ן *paragogico, & Dagesch ejecto.*

אבה Voluit, Acquievit: *Construitur sæpè cum Dat. & ferè additâ negatione:* Præt. לֹא אָבָה לִי *Non acquievit mihi, Psalm.81.12.* וְלֹא אָבוּא *Et non voluerunt, Jes.28.12. cum* א *paragog.* Fut. אַל תֹּבֵא *Ne acquiescito, Prov.1.10. ubi prima radicalis abjecta, & tertia in* א *mutata est.*

אָב *m.* Pater, *à propensa Voluntate erga liberos, quasi Benevolus dictus:* Item Author, Inventor *primus, Gen.4.v.20.* Doctor, *2.Reg.2.12. id est,* רַבִּי *juxta paraphrasten Chaldæum:* Socer, *affinitate pater, 1.Sam.24.12.* Tribuitur

buitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officio suis ministris, subditis aut domesticis, Patrum loco sunt, ut 2.Reg.5.13. Denique includit & Avum *&* Proavum: *& pluraliter, quoslibet Majores:* Constr. אֲבִי *& bis* אַב, *Genes.17.5.* Aff. אֶת אָבִי *Cum patre meo, Genes.19.34. cum Kametz ad differentiam formæ constructæ.* Plur. אָבוֹת Patres, Majores; Constr. אֲבוֹת: Affixum, אֲבוֹתַי *Patres, vel Majores mei, Psal.39.13.* Chald. אַב: Aff. אֲבוּךְ Pater tuus, Daniel.5.11. אֲבוּהִי Pater ejus, Dan.5.2. אֲבִי Pater meus, vers.13. *Plurale,* אֲבָהָתִי Patrum meorum, Dan.2.23. cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ Patrum tuorum, Esræ 4.15. אֲבָהָתַנָא Patres nostri, Esræ 5.12.

אֵבֶה *m.* Voluntas, Desiderium: עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה *Cum navibus desiderii, Job.9.26. id est, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt Desiderii sui, perveniendo quò volunt & desiderant, ut explicat R.Levi Gerson, & R.David in lib. Rad.*

אֶבְיוֹן *m.* Egenus, *quasi Desiderans dictus: cùm enim sit pauper & bonis destitutus, semper habere Desiderat, scribit R.Sal. Exod.23.6. Deut.15.4.* Aff. אֶבְיוֹנְךָ *Egeni tui, Exod. 23.v.6.* Plur. אֶבְיוֹנִים & Const. וְאֶבְיוֹנֵי *Egeni, Exo.23.11.* Aff. אֶבְיוֹנֶיהָ *Egenos suos, Psal.132.15.*

אֲבִיּוֹנָה *f.* Appetitus, Concupiscentia, *Eccles.12.7.*

אֲבוֹי Heu, Eheu, *Prov.23.29.*

אֲבִי Ah, ô, *Optandi & desiderandi affectum significans, Job.34.36. Quibusdam, Voluntas mea: Pater mi.*

אבח אִבְחָה *f.* Cuspis, Mucro: Const. אִבְחַת חָרֶב *Mucronem gladii, Ezech.21.20. Interpretes Hebræi variant: alius* Terrorem, *alius* Mactationem, *alius* Clamorē *exponit, respiciendo ad Radices* בעת, טבח, נבח, *per literarum commutationem.*

אבט אֲבַטִּחִים Pepones: *Quidam volunt esse Nomen quatuor literarum. Vide infrà in* בטח.

אבך Hithpah. התאבך Elevari, Elevare se: Futur. וַיִּתְאַבְּכוּ *Elevabunt se, juxta Aben Esram, Jesa.9. v.18. Quidam, In minutissimum pulverem abibunt, quasi ab* אָבָק *Caph & Koph permutatis.*

אבל Luxit, In luctu fuit: *Tribuitur etiam metaphoricè Inanimatis.* Præter. אָבַל תִּירוֹשׁ *Luget mustum, Jes.24.7.* Hiph. הֶאֱבִיל Lugere fecit, Luctum attulit. Præt. הֶאֱבַלְתִּי *Luctum attuli, Ezech.31.15.* Fut. וַיַּאֲבֶל־חֵיל *Et luctum attulit munitioni, Thren.2.8.* Hithpah. Præt. הִתְאַבֵּל *Luxit, 1.Sam.15.35.*

אָבֵל *m.* Lugens; *at 1.Sam.6.18. juxta paraphrasten Chald. & R.Sal. ponitur pro* אֶבֶן Lapis, *ut ex v.15. liquet. Est &* Proprium nomen loci, *à Luctu sic dicti, Genes.50.11.* Constr. כַּאֲבֵל־אֵם *Sicut lugens matris, Psal.35.14.* Plurale, אֲבֵלִים *Lugentes:* Constr. לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן *Lugentibus Tzionis, Jesa.61.3.* Fœm. Plural. אֲבֵלוֹת *Thren.1.4.*

אֵבֶל Luctus, *Gen.27.41.*

אֲבָל At, Ast, Sed, Verùm, Veruntamen, Immò.

אוּבָל *Vide in* יָבַל.

אבן אֶבֶן *f.* Lapis; *metonymicè,* Pondus, *Deut.25. v.13.* Perpendiculum: Massa, *ut Lapis plumbi, Zach.5.7. Lapis stanni, Zach.4.19.* Aff. אבנו *Lapidē suum, 2.Reg.3.25.* Chald. אֶבֶן Lapis, Esræ 5.8. *& forma emphatica,* אַבְנָא *Dan.2.34.* Plur. אֲבָנִים Lapides, Pondera, Perpendicula: Const. אַבְנֵי שֹׁהַם *Lapides onychis, Exod.28.9.* Aff. אַבְנֵיהֶם *Lapidum eorum, Neh.4.3.* אֲבָנֶיהָ *Lapides ejus, Deut.8.9.*

אָבְנָיִם *m.d.* Sellæ parturientium, *juxta R.Sal. Exo.1.16. Sella, Tabula figulorum, Jer.18.3. Forma dualis duplæ formæ servit: plicata enim circumgestantur commoditatis causâ.*

אַבְנֵט *m.* Balteus, *Levit.*8.13. Aff. וְאַבְנֵטְךָ *Et balteo tuo, Jes.*22.21. Plur. אַבְנֵטִים *Exod.*28.40.

אבם Saginare : Particip. Pahul, אָבוּס *Saginatus, Prov.*15.17. Plur. אֲבוּסִים 1.*Reg.*4.23.

אֵבוּס *m.* Præsepe, *quasi Saginatorium* : בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בַּר *Cùm non fuerint boves, præsepe mundum est, Proverb.*14.4. Plural. cum Affix. אֲבוּסֶיךָ *Præsepia tua, Job.*39.12.

מַאֲבוּסִים *m.p.* Granaria : Aff. מַאֲבֻסֶיהָ *Granaria, Horrea ejus, Jer.*50.26.

אבק אָבָק *m.* Pulvis, Pulvisculus: Conſt. אֲבַק רַגְלָיו *Pulvis pedum ejus, Nah.*1.3. Aff. אֲבָקָם *Pulvis eorum, Ezech.*26.10.

אֲבָקַת *f.* Idem : *unde* Conſt. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל *Præ omni pulvere aromatarii, Cant.*3.6.

נֶאֱבַק Niph. Luctari, *quòd hoc in pulvere fieret* : *Unde,* Fulvâ luctantur arenâ, *apud Virgil. Et,* In arenam deſcendere. Futurum, וַיֵּאָבֵק *Et luctatus est, Gen.*32.24. Infin. cum Aff. בְּהֵאָבְקוֹ *In luctando ipſum, Gen.*32.25.

אבר אָבִיר *m.* Robuſtus, Fortis, Potens, Validus: Conſtr. אֲבִיר יַעֲקֹב *Robuſtus Jacobi, Gen.*49.24. אֲבִיר יִשְׂרָאֵל *Fortis Iſraëlis, Jeſ.*1.24. Apud Rabbinos, אָבַר *Roborare, Obfirmare.*

אַבִּיר *m.* Idem : כַּאבִּיר *Ut potentiſſimus, Jeſa.*10.13. *pro* כְּאַבִּיר, *& juxta Maſorethas legendũ* כְּבִיר. Plur. אַבִּירִים Robuſti : *ſynecdochicè* Tauri, Juvenci, Equi, *quòd his Robur competat : unde,* Fortes invertant tauri, *apud Virgil. Et,* Non fortitudine equi delectatur, *Pſal.*147.10. Conſt. אַבִּירֵי בָשָׁן *Robuſti juvenci Baſchanis, Pſal.*22.13. Aff. אַבִּירַי *Fortes meos, Thren.*1.15.

אֵבֶר *m.* Penna, Ala, *quòd in iis Robur avium ſit* : אֵבֶר כַּיּוֹנָה *Alas quaſi columbæ, Pſal.*55.7.

אֶבְרָה *f.* Idem, *Job.*39.16. Aff. אֶבְרָתוֹ *Alas suas*, *Deuteronom.*32. *v.*11. Plur. cum Aff. אֶבְרוֹתֶיהָ *Pennæ ejus*, *Psal.*68.14.

הֶאֱבִיר *Hiph.* Volare : Futurum, יַאֲבֶר־נֵץ *Volabit accipiter*, *Job.*39.29.

אגד אֲגֻדָּה *f.* Fasciculus ; *metaphoricè*, Cuneus, Agmen militum : Constr. אֲגֻדַּת אֵזוֹב *Fasciculus hyssopi*, *Exod.*12.22. Aff. וַאֲגֻדָּתוֹ *Et cuneum suum*, *id est*, *hominum & animalium turmas*, *Amos* 9.*v.*6. Plur. אֲגֻדּוֹת Fasces, Sarcinæ, *Jes.*58.6. *Quidam deducunt à* גדד, *ut tradit Aben Esra*, *Gen.*7.11. *unde &* גַּד *Turma.*

אגז אֱגוֹז *m.* Nux, *juxta Hebræos interpretes communiter*, *Cant.*6.10. *Quidam*, Tonsio, Putatio, Collucatio, *quasi à* גָּזַז.

אגל אֵגֶל *m.* Gutta : Plur. constr. אֶגְלֵי טָל *Guttas roris*, *Job.*38.28. *Ab.Esra vult*, א *esse formativum* : *R.Levi explicat per* טִיפֵּי.

אגם אֲגַם *m.* Stagnum, *Jesa.*35.7. Plural. אֲגַמִּים *Stagna*, *Jesa.*42.15. Const. וְאַגְמֵי מַיִם *Et stagna aquarum*, *Jesa.*14.23. Aff. אַגְמֵיהֶם *Stagna eorum*, *Exod.*7. *v.*19. *ex quibus Dagesch euphoniæ causâ ejectum est*, *aut sunt à forma* אֲגַמִּים *inquit Kimchi*. *R.Sal. hîc scribit* : אגם *est collectio aquarum non scaturientium neque fluentium*, *sed stantium in loco uno.*

אַגְמוֹן *m.* Juncus, *à Stagnis*, *in quibus crescit*, *Jesa.*58.5. Cortina, Ahenum *majus*, *Job.*41.11. *quomodo &* יָם Mare, *ad vas amplum refertur*, *ut est suo loco*. *Aben Esra*, *Stagnum*, *ex aëris calore fumans.*

אגן אַגָּן *f.* Crater ; *Cant.*2.7. Plur. בָּאַגָּנוֹת *In crateribus*, *Exod.*24.6. *Jesa.*22.24.

אגף אֲגַפִּים *masc.* Plur. Alæ ; *metaphoricè*, Agmina, *quomodo Latinis* Alæ equitum, Alæ legionum

gionum *dicuntur*. Aff. אֲגַפָּיו *Agmina ejus*, *Ezech*.12. *verʃ*.14.

אָגַר Collegit, Congeſsit, Comportavit: Præter. אָגְרָה בַקָּצִיר *Comportat in meſſe*, *Prov*.6.8. Part. אֹגֵר בַּקַּיִץ *Congregans in æſtate*, *Prov*.10.5.

אֲגוֹרָה *Vide in* גרר. *Quidam tamen hinc deducunt, quaſi ſit forma* בשׂוֹרָה: *Vide R. David in Michlol.*

אִגֶּרֶת *fœm*. Epiſtola, Literæ, *ſic dicta, quòd in ea variæ res Comportentur*, *Nehem*.6.5. Chald. אִגְּרָא f. Epiſtola, Eſr.4. v.8. Emphat. אִגַּרְתָּא v.11. & ſine א in fine, Eſr.5.6. Plural. אִגְּרוֹת *Epiſtolæ*, *Neh*.2.7. Aff. אִגְּרוֹתֵיהֶם *Literas ſuas*, *Neh*.6.17.

אֲגַרְטָל *m*. Pelvis, Pollubrum: Plur. Conſtr. אֲגַרְטְלֵי זָהָב *Pelves aureæ*, *Eſræ* 1.9.

אדב Hiph. הֶאֱדִיב Cruciavit. Infin. וְלַאֲדִיב *Et ad cruciandum*, 1.*Sam*.2.33. *Vide* דָּאַב.

אָדַם Rubere, Rubrum, Rufum eſſe: Præt. אָדְמוּ *Rubebant*, *Thren*.4.7. Pyh. Part. מְאָדָּם *Rubricatus*, *Nah*.2.3. Plural. מְאָדָּמִים *Rubricatæ*, *Rubefactæ*, *Exod*.25.5. Hiph. Futur. אִם יַאְדִּימוּ *Si rubra fuerint*, *Jeſ*.1. v.18. Hithp. Futurum, כִּי יִתְאַדָּם *Cùm rubeſcit*, *Proverb*.23.31.

אָדֹם *m*. Ruber, Rufus, Rubicundus: Plural. אֲדֻמִּים *Rubentes*, 2.*Reg*.3.22. Fœm. אֲדֻמָּה *Rufa*, *Num*.19.2.

אֹדֶם *m*. Pyropus, Rubinus, *lapis pretioſus*, *Exod*.28.17. & 39.10. *Ezech*.28.13.

אָדָם *m*. Homo, *quia fuit creatus* עָפָר מִן הָאֲדָמָה *Pulvis ex terra*, *Geneſ*.2.7. *Interdum Generalitatem utriuſque ſexus ſignificat: interdum diſtributivè*, Quiſque, *ut Levit*.1. *v*.2.

אֲדָמָה *c*. Terra, *culta propriè*, *Rubri ſive argillacei coloris*: Conſtr. אַדְמַת קֹדֶשׁ *Terra ſanctitatis*, *Exod*.3.5. Aff. עָבַד

אַדְמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם *Colens terram suam saturabitur pane*, *Prov.*12.11. Plural. אֲדָמוֹת *Terræ*, *Psal.*49.12.

אֲדַמְדָּם Subrubidus, *Levit.*13.42. Fœm. אֲדַמְדֶּמֶת *Subrubida*, *v.*43. Plur. אֲדַמְדַּמּוֹת *Subrubidus*, *Lev.*14.37.

אדן אֶדֶן *m.* Stylobates, Basis, *Exod.*38.27. Plural. אֲדָנִים, *&* Constr. אַדְנֵי *Exod.*26.37. Aff. וְאַדְנֵיהֶם *Et stylobatas earum*, *Exod.*38.10. אֲדָנֶיהָ *Bases ejus*, *Job.*38. *v.*6. אֲדָנָיו *Bases ejus*, *Exod.*35.11.

אָדוֹן *m.* Dominus, *de Deo & Hominibus*, *Jos.*3.11. *Mich.*4.11. Aff. אֲדוֹנִי *Dominus meus*, *Gen.*23.15. *de Abrahamo.* Plural. אֲדוֹנִים *Domini.* Dicitur de uno & pluribus. *De uno Abrahamo*, *Gen.*24.9. *Potiphare*, *Gen.*39.2. *Pharaone*, *Gen.*40.1. *Josepho*, *Gen.*42.30. *vide Jud.*3.25. 2.*Sam.*20. *v.*6. *De uno Deo*, *Psal.*136.3. *Mal.*1.6. Constr. אֲדוֹנֵי. Aff. אֲדֹנָיו *Domini ejus*, *pro*, *Dominus ejus*, *passim.* Semel de Angelis, *Gen.*19.2. *quòd viri esse putarentur.* *Sic*, אֲדֹנֶיךָ *Domini tui*, *singulariter*, *Genes.*24.51. אֲדוֹנַי *Domini mei*, *cum Pathach de hominibus*; אֲדוֹנָי *cum Kametz*, *de Deo & Angelis divinis*, *& habet sensum singularem.* *De Angelis*, *quando ut legati Deum & Dominum suum referunt*, *Genes.*18. *v.*3.27.30.31.32. *Judic.*6.15,22. *Cæterùm* אֲדֹנָי *de Deo sic scriptum & lectum*, *invenitur centum triginta quatuor locis*, *quæ Masorethæ annotarunt.* *Septem ex illis sunt* לַאדֹנָי, *quinquaginta* וַאדֹנָי,

אֱדַיִן Chald. *Tunc:* בֵּאדַיִן In tunc, per Pleonasmum, Dan.2. Oritur ex Heb. אָז *vel* אֱזַי *commutato* ז *in* ד.

אדר Niph. Particip. נֶאְדָּר Magnificus, *Exod.*15.11. *Cum* ׳ *paragogico*, נֶאְדָּרִי *Magnificum exhibes te*, *Exod.*15.6. Hiph. הֶאְדִּיר Magnificavit, Magnificum reddidit: Futur. וְיַאְדִּיר *Et magnificum reddidit*, *Jesa.*42.21.

אַדִּיר *m.* Magnificus: Validus. Aff. אַדִּירוֹ *Magnificus ejus*,

*ejus, Jer.*30.21. Plur. אַדִּירִים. Constr. אַדִּירֵי הַצֹּאן *Magnifici pecoris, Jer.*25.34. Aff. אַדִּירֶיךָ *Magnifici tui, Nah.*3.18.

אֶדֶר *m.* Magnificentia, *Zach.*11.13. *Item*, Toga, Pallium *magnificum*, *Mich.*2.8.

אֲדָר *m.* Adar, *mensis Februario nostro respondens, Esth.*3.7. Chald. לִירַח אֲדָר Mensis Adar, Esræ 6. v.15. vide 2. Machab. 15.37. *ubi dicitur, esse vocem Syriacam.*

אַדֶּרֶת *f.* Magnificentia: Toga, *Jos.*7.21. Aff. אַדַּרְתּוֹ *Togam magnificam suam, Paludamentum suum, Jon.*3.6. אַדַּרְתָּם *Magnificentia eorum, Zach.*11.3.

אדר אִדְּרָא Chald. *Area*, in Targum sæpè: Plurale, Constr. מִן אִדְּרֵי קַיִט Ex areis æstatis, Danielis 2. v.35.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא Chald. m. p. *Senatores Judices*, Dan.3. v.2. Sunt qui ex אדיר Magnificus, & גזר Decrevit, compositum existimant, quasi *Judices magnificos* dicas.

אַדְרַזְדָּא Chald. *Sedulò, Diligenter*, Esth.7.3.

אֲדַרְכֹּן *m.* Drachma: Plur. אֲדַרְכֹּנִים *Drachmæ*, 1.*Par.*29. *v.*7. *&* *Esræ* 8. 27.

אהב אָהֵב Amavit, Dilexit: Partic. fœm. *cum* י *paragogico*, אֹהַבְתִּי *Amans, Hos.*10.11. *pro* אֹהֶבֶת, Futur. אֹהַב *Diligam, Proverb.*8.16. *ex forma Chaldaica:* תְּאֵהֲבוּ *Amabitis, Prov.*1.22. *pro* תֶּאֱהָבוּ *ut Aleph audiatur: Quidam tamen ex Pihel esse volunt.* Niph. Partic. Plural. הַנֶּאֱהָבִים *Amantes se, Dilectissimi inter se*, 2.*Sam.*1.*v.*23. Pih. Particip. מְאַהֲבִים *Amantes Amatores:* מְאַהֲבַי *Amantium me, Zach.*13.6.

אֲהָבִים *m. p.* Amores, *Prov.*5.19. *&* אֳהָבִים *Prov.*7.18.

אַהֲבָה Amor, Dilectio: Constr. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ *Amore animæ suæ*, 1.*Sam.*20.17. Aff. אַהֲבָתִי *Amor meus, Psal.*109.4.

אהה Ahah, Ah, *Jud.*6.22. *Interjectio dolentis. Alias* הָהּ *Ezech.*30.2.

אהי Ubi? *Hos.13.10.14. quasi pro* אַיֵּה *positum. Alius est Futurum,* Ero, *per Apocopam pro* אֶהְיֶה *ab* הָיָה.

אהל אֹהֶל *m.* Tentorium, *Genes.4.20.* Aff. אָהֳלֹה *Tentorium ejus, Gen.13.3. cum* ה *in fine loco Vau:* הָאָהֳלִי *Tentorii mei, Jos.7.21. cum Articulo* ה *& Affixo; vide Thesaurum nostrum Grammaticū, lib.2.cap.5.in fine:* Plur. אֳהָלִים *&* אֹהָלִים*:* Constr. אָהֳלֵי. Aff. לְאָהֳלָיו *In tentoria sua, Jud.7.8.* מֵאֳהָלֶיךָ *A tentoriis tuis, Job.22.23. Cholem manente vel mutato.*

אָהַל Tentorium figere, tendere, vel movere. Futur. וַיֶּאֱהַל *Et tentoria movit, Genes.13.12.* Hiph. Futur. יַהֵל *Tentorium figet, Jes.13.20. pro* יַאֲהֵל *abjecta primâ radicali:* יַאֲהִיל, *Vide in* הלל.

אֲהָלִים *m. p.* Santali, *arbores præstantissimæ, Num.24.6. cujus ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet ex Prov.7.17.* Et Fœm. וַאֲהָלוֹת *Et santali, Cant.4.14. Et sic Psal.45.9. Vulgò* Aloen *reddunt.*

או Aut, Vel, Sive: *Volunt quidam, pro* Et, Si, *quandoq; sumi, sed non necesse est.*

אוב *m.* Pytho, *qui responsa dando diabolicis artibus homines à Deo avocat, Levit.20.27.* Plur. אֹבוֹת *Pythones, Lev.19.31. Item,* Utres; *unde,* כְּאֹבוֹת *Sicut utres, Job.32.19. Hinc Pythonis significatio juxta Aben Esram, quòd ex tumido ventre, quasi Utre, oracula depromeret. Inde & ἐγγαστρίμυθος dictus fuit.*

אוד עַל אוֹדֹת, אֹדוֹת Propter, Causâ, De; *semper præcedente particulâ* עַל, *pro qua semel legitur* אֶל *2.Sam.13.16.* Aff. עַל־אֹדוֹתַי וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ *Mei causâ, & tui causâ, Jos.14.6.*

אוד *m.* Titio, Torris: *Amos 4.11.* אוּדִים הָעֲשֵׁנִים *Titiones fumigantes, Jes.7.4.*

אוה Pih. Expetivit, Concupivit, Desideravit: Præt. אִוִּיתִיךָ *Desidero te, Jes.26.9.* Futur. תְּאַוֶּה *Desiderabit, Deuter.12.20.* נָאוָה נָאוּ *Vide in* נָאוּ. Hith. הִתְאַוָּה *Desiderat, Pro.21.26.* וְהִתְאַוִּיתֶם *Vide in* תָּוָה.

אֵו *m.* Desiderium, *juxta quosdam, Proverb.31.4. vide & in* אַיִן.

אַוָּה Desiderium; Constr. אַוַּת נַפְשְׁךָ *Desiderium animæ tuæ, Deut.12.15.* Aff. בְּאַוָּתִי *In desiderio meo, Hos.10.10.*

תַּאֲוָה *f.* Idem: Constr. תַּאֲוַת לִבּוֹ *Desiderium cordis ejus, Psal.21.3.* Aff. תַּאֲוָתוֹ *Desiderium meum, Psal.38.10. Vide aliam ejus significationem in* תָּאָה.

מַאֲוַיִּים *m.p.* Idem: Constr. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע *Desideria improbi, Psalm.140.8.*

אוח אֹחִים *m.p.* Aves ferales, Animalia terribilia. *Jes.13.21. Variant interpretes.*

אוי Eheu, Væ, *Ezech.16.23. Et cum* ה *paragogico,* אוֹיָה Hei, Heu, *Psalm.120.5.*

אול אֻלַי אוּלַי Fortassis, Fortasse, Forsitan. *Est benè sperantis potiùs, quàm dubitantis. Inde R. Salomon Gen.50.15. vult etiam Optantis esse, idem quod* לוּ Utinam. *Potest etiam ad* אלה *referri.*

אול *m.* Robur: Cum Aff. אוּלָם *Robur eorum, Psal.73.4. Affine est ipsi* איל.

אוּלָם Profectò, Certè, Veruntamen, *Gen.28.19. Confirmandi particula, quasi ab* איל, *Vide & infrà in* אלם.

אֱוִיל Stultus, *Prov.12.15.* אֱוִלִי Idem, *Zach.11.15.* Plur. אֱוִלִים *Stulti, Prov.1.7.*

אִוֶּלֶת Stultitia, Res stulta, *Prov.19.3.* Aff. אִוַּלְתִּי *Stultitia mea, Psalm.38.6.*

נואל Stultè agere, *pro* נֶאֱוַל *Vide in* יאל.

און אָוֶן *m.* Iniquitas, Vanitas, Molestia: Idolum, *à Vanitate vel molestia, Jes.66.3. 1.Sam.15.23.* Aff.

אונך

אוֹנֵךְ *Vanitatis, iniquitatis tuæ, Jer.4.14.* אוֹנָם *Iniquitatem ipsorum, Psal.94.23. Aliter mox.*

אוֹן *masc.* Robur, Potentia, Vires, Substantia, Opes, *quomodo cum* הון *convenit, ut D. Kimchi scribit, Hos.12.8. Sic autem dicũtur Opes, quòd vel Robore, vel Iniquitate, aut molestiâ & labore parentur, aut quòd homines Robur suum in iis ponant.* Aff. אונו *Substantiam suam, Job.20.10.* אונו *Roboris ejus, Job.18.7.* אוני *Potentia mea, Gen.49.3.* Plur. אונים *Vires, Jes.40.26. Psal.78.51. At Prov.11.7. Chaldæus & Aben Esra accipiunt ex significatione* אָוֶן*, pro adjectivo,* Iniqui, *formæ* טובים *Boni. Vide &* אָוֶן.

תְּאֻנִים *m.p.* Molestiæ, *Ezech.24.12.*

אוּץ Ursit, Arctavit, Pressit, Festinavit: Præt. אָץ *Festinabat, Jos.10.13.* אַצְתִּי *Ursi, Jer.17.16.* Hiph. Futur. וַיָּאִיצוּ *Et urgebant, Genes.19.15.* תָּאִיצוּ *Urgebitis, Jes.22.4.*

אָץ *m.* Præceps, Festinus, Arctus, Angustus, *Jos.17.15.*

אוֹר Lucidum esse, Illuminari, Lucere, Illucere: Præter. הַבֹּקֶר אוֹר *Manè illuxerat, Genes.44.3.* Niph. נָאוֹר Lucidum fieri, Illustrari, Illucere. Part. נָאוֹר *Illustris factus es, Psal.76.5.* Infin. לֵאוֹר *Ut illustretur, Job.33.30.* Futur. וַיֵּאוֹר *Et illuxit, 2.Sam.2.32.* Hiph. הֵאִיר Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illustravit, Illuminavit, Incendit: *& intransitivè,* Luxit, Reluxit: Præterit. וְהֵאִיר *Ut lux vel lucidum sit, aut lucem præbeat, Exod.25.37.*

אוֹר *m.* Lux, Lumen: Aff. אורו *Lucem suam, Job.36.30.* Plur. אורים *Lumina, Psal.136.7. Quandoq;* Pluvia, *juxta Hebræos: ut,* יָפִיץ עֲנַן אורו *Spargit nubes pluviam suam, Job.37.11. Sic Targum,* מִטְרֵיהּ *Pluviam suam: vide & v.21. & 36.30. Vide & R.Sal. Psal.139.11.*

אוֹרָה *f.* Idem, *Esth.8.15.* Plur. אורת Olera, *2.Reg.4.39.*

Jesa.

חָקַק Descripsit, Exaravit; Expressit: Incîdit, Sculpsit, Insculpsit, Exsculpsit: Incîdit, Decrevit: Præt. וְחַקּוֹתָ עָלֶיהָ *Et describes super eum*, *vel incîdes in eum*, Ezech.4.1. Partic. cum ׳ paragogico, חֹקְקִי בַסֶּלַע *Statuens vel describens in petra*, *Jesa*.22.16. *vide simile in* חָצַב. Infin. cum Schurek, בְּחוּקוֹ *Quum statueret*

statueret vel describeret, Prov.8.27.29. *vide simile in* עתת. Pih. Particip. מחקק *Decernens, Legislator*, Deut.33.21. Genes.49.10. Pyh. מְחֻקָּק *Statutum*, Prov.31.5. Futur. בַּסֵּפֶר וְיֻחָקוּ *In libro describantur*, Job.19.23. *absque Dagesch, quasi à* חוק; *unde & Infinitivus paulò antè formam habuit.*

חק *m.* Statutum, Constitutio, Decretum, Demensum, Præscriptum, Portio; Pars statuta, Pensum: Modus, Ratio: לִבְלִי חֹק *Præter modum, Immodicè*, Jesa.5.14. וחק *Et pensum*, Prov.31.15. לְחֹק *In statutum*, Psal.105.10. אֲסַפְּרָה אֶל־חֹק *Enarrabo in decretum vel ad decretum*, Psal.2.7. *hoc est, ut sit in statutum & memoriale, Messiam, verum Davidis filium, certò venturum, ut explicatur in Cod. Talmudico Succah cap.5.fol.52. aut* אל *idem est quod Articulus* את, *ut Kimchi scribit in libro Radicum.* Aff. חקו *Statutum suũ*, Prov.9.29. Et aliter, חָקְךָ וְחָק־בָּנֶיךָ *In statutam partem tuam vel demensum tuum, & demensum filiorum tuorum*, Lev.10.14. *Dagesch ejecto:* Plural. חקים *Statuta, Decreta*, Deut.4.5. Constr. חֻקֵּי אֱלֹהִים *Statuta Dei*, Exod.18.16. Aff. וְשָׁמַרְתָּ אֶת חֻקָּיו *Et observabis statuta ejus*, Deut.4.40.

חקה *f.* Idem, Num.9.14. Constr. לְחֻקַּת עוֹלָם *In statutum perpetuum*, Num.10.8. Plural. בְּחֻקֹּת הַגּוֹי *In statutis gentis*, Lev.20.23. Aff. כְּכָל־חֻקֹּתָיו *Secundum omnia statuta ejus*, Num.9.3.

חקקים *m.p.* Statuta: Constr. חִקְקֵי־אָוֶן *Statuta iniquitatis, id est, iniqua*, Jesa.10.1.

חקר Investigavit, Pervestigavit, Scrutatus, Perscrutatus est: Præter. וְדָרַשְׁתָּ וְחָקַרְתָּ *Et inquires & pervestigabis*, Deut.13.14. Particip. חֹקֵר לֵב *Scrutans cor*, Jerem.17.v.10. Niph.Præter. לֹא נֶחְקַר *Non pervestigatum est*, 1.Reg.7.47. Futur. כִּי לֹא יֵחָקֵר *Quia non*

non pervestigabitur, *Jerem.*46.23. Pih.Præter. וְחִקֵּר *Et scrutatus est*, *Eccles.*12.9.

חֵקֶר *m.* Perscrutatio; Pervestigatio: אֵין חֵקֶר לִתְבוּנָתוֹ *Non est pervestigatio prudentiæ ejus*, *Jes.*40.28. *Phrasis in Inscriptionibus Epistolarum apud Judæos usitatissima, pro, Prudentissimo*: Plural. Constr. גְּדוֹלִים חִקְרֵי־לֵב *Magni scrutationibus animi*, *Jud.*5.16. *id est, mente sagacissimi*.

מֶחְקָרִים *m. p.* Scrutationes: Construct. מֶחְקְרֵי־אָרֶץ *Pervestigationes terræ*, *Psal.*95.4. *id est*, תַּחְתִּיּוֹת *Ima, infima fundamenta vel penetralia terræ, ut Aben Esra explicat, quæ sciri nequeunt, nisi exquisitâ perscrutatione, vel potiùs, quòd homini minimè sunt Perscrutabilia, Deo autem in propatulo.*

חָרֵב Siccatus, Exsiccatus fuit: Vastatus, Devastatus, Desolatus, In solitudinem redactus fuit: Præter. חָרְבוּ הַמַּיִם *Exsiccatæ sunt aquæ*, *Genes.*8. *v.*13. Infin. חָרֹב יֶחֱרָבוּ *Desolando desolabuntur*, *Jes.*60.12. Imper. חֲרֹב *Devasta, vel juxta Kimchi in Com. Gladio cæde vel tolle, à Nomine* חֶרֶב *Gladius*, *Jerem.*50.21. *Et sic*, חִרְבוּ כָּל־פָּרֶיהָ *Gladio tollite omnes juvencos ejus*, *vers.*27. Niph.Præterit. הֶחָרֵב נֶחֶרְבוּ *Desolando desolarùnt se reges isti, vel, Digladiando digladiati sunt, id est, mutuis gladiis se sustulerunt, ut Kimchi & R. Levi Gerson interpretantur*, 2.*Reg.*3.23. Partic. עִיר נֶחֱרֶבֶת *Civitas desolata*, *Ezech.*26. *v.*19. Pyh.Præterit. אֲשֶׁר לֹא־חֹרָבוּ *Quæ nondum exsiccatæ fuerint*, *Jud.*16.7. Hiph. הֶחֱרִיב Exsiccavit, Vastavit, Desolavit: Præter. וְעָרֵיהֶם הֶחֱרִיב *Et civitates ipsorum desolavit*, *Ezech.*19.7. Particip. מַחֲרֶבֶת יָם *Exsiccans mare*, *Jesa.*51.10. Hoph.Præter. הָחֳרָבָה *Vastata est*, *Ezech.*26.2. Chald. הָחָרְבַת Devastata est, *Esr.*4.*v.*15. Particip. עָרִים מָחֳרָבוֹת *Civitates vastatæ*, *Ezech.*29.12. Infin. *fuit in* Niph.

חָרֵב *m.* Siccus, Vastus, Desolatus: חָרֵב הוּא מֵאֵין אָדָם *Vastus est absq; homine, ut nullus homo ibi superſit, Jer.33. v.10.* Fœmin. פַּת חֲרֵבָה *Buccella ſicca, Prov.17.1.* Plur: הֶעָרִים הֶחֳרֵבוֹת *Urbes deſolatæ, Ezech.36.35. Chateph kamez eſt pro Chateph pathach.*

חֹרֶב *m.* Siccitas, Deſolatio, Vaſtitas: Æſtus, *metonymicè ſic dictus, quòd Siccitatis cauſa eſt:* בַּיּוֹם אֲכָלַנִי חֹרֶב *Interdiu conſumebat me æſtus, Gen.31.40.* יְהִי־נָא חֹרֶב *Sit quæſo ſiccitas, Jud. 6. 39.* עָרֵי חֹרֶב *Civitates deſolationis, id eſt, deſolatæ, Jeſa.6.4.*

חֶרֶב *f.* Gladius, *à Vaſtando dictus, ut tradit Aben Eſra Exod.20.25. Sumitur autem latè, ut Latinis Ferrum: unde eſt* Culter, *Joſ.5.2.* Cælum, *ſculpendi inſtrumentum, vel* Malleus *aut* Scalprum *ad expoliendum, Exod.20.25.* Rutrum, *2.Paralip.34.6.* כְּחֶרֶב חַדָּה *Sicut gladium acutum, Jeſa.49.2.* אִישׁ חַרְבּוֹ *Quiſq; gladium ſuum, Gen.4. verſ.25.* Plural. מִפְּנֵי חֲרָבוֹת *Propter gladios, Jeſa.21.15.* Conſtr. חַרְבוֹת צֻרִים *Gladios ſive cultros acierum, id eſt, acutos, Joſ.5.v.2.* Aff. בְּחַרְבוֹתָיו *Cultris ſuis dirutoriis, Ezech.26.9. id eſt, ferramentis mucronatis, quibus muri deſtruuntur: Kimchi in Comm. Malleis acuminatis, quibus lapides diffringuntur.*

חָרָבָה *f.* Siccitas, Siccum, Locus ſiccus: *eſtq; formæ* בַּקָּשָׁה*, & primum Kametz eſt propter Dageſch ejectum:* בֶּחָרָבָה *In ſicco, Geneſ.7.22.* לֶחָרָבָה *In ſiccum, Exod.14.21.*

חָרְבָּה *f.* Vaſtitas; Plural. עַל־חֳרָבוֹת נוֹשָׁבוֹת *Contra vaſtitates ſeu loca vaſta habitata, Ezechiel. 38. v.12. quæ ſcilicet antea fuerunt vaſta, nunc rurſum à quibusdam inhabitantur, ut Kimchi & R.Salom. interpretantur:* בֶּחֳרָבוֹת *In locis vaſtis, Ezech. 13. 4.* הֶחֳרָבוֹת *Vaſtitates iſtæ, Loca vaſta iſta, Ezech.36.33. Kimchi hoc*

vult

vult esse adjectivum, idem quod הֶחֳרָבוֹת *quod antè in* חָרֵב *positum.*

חָרְבָּה *f.* Vastatio, Desolatio: לְשְׁמָמָה וְחָרְבָּה *In desolationem & vastitatem*, *Ezech.*29.9. Plurale scribitur semper cum ב leni sive aspirato: חָרְבוֹת *Vastitates Jerusalem*, *Jesa.*5.29. לְחָרְבוֹת חֹרֶב *In vastitates desolationis, i.e. desolatissimas*, *Ezech.*29.10. Plural. כָּל־חָרְבוֹתֶיהָ *Omnes vastitates ejus*, *Jesa.*51.3.

חַרְבוֹנִים *m.p.* Siccitates: Construct. בְּחַרְבוֹנֵי קָיִץ *In siccitates æstatis, id est, æstivas*, *Psal.*32.4.

חָרַג Horruit, Contremuit: Futur. וְיַחְרְגוּ *Et horrescunt, Contremiscunt, cum tremore prodeunt vel prospiciunt è clausuris suis*, *Psal.*18.46. *Pro hoc legitur* 2.*Sam.*22.46. וְיַחְגְּרוּ *Et accingent se, vel, accincti excurrent, quasi à* חָגַר, *sed videtur idem esse cum hoc* חָרַג, *ita ut internus animi tremor, voce externâ literis transpositâ, significatus sit. Hinc Chald.* חַרְגָּא *Horror, Trepidatio*: חַרְגַּת מוֹתָא *Horror mortis*, *Deut.*32.25. חַרְגַּת כַּפְנָא *Horror famis*, *Thren.*1.20.

* חַרְגֹּל *m.* Cantharus, *juxta quosdam, Locustæ species*, *Levit.*11.22. *De quatuor Locustæ speciebus hoc loco ad esum concessis, prolixè disputatur à Sapientibus Talmudicis, Cod. Cholin, cap.*3.*fol.*65. *& seqq.*

חָרַד Tremuit, Contremuit, Trepidavit, Perterritus, Exterritus fuit: Solicitus fuit, Trepidè accurrit: *atque sic construitur cum Præposit.* אֶל *&* אַחַר. Præterit. וְחָרַד וּפָחַד *Trepidabitq; & pavebit*, *Jesa.*19.16. חָרְדוּ אַחֲרָיו *Trepidi currunt post eum*, 1.*Samuel.*13.v.7. חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ *Solicita fuisti erga nos*, 2.*Regum* 4.13. Hiph. הֶחֱרִיד Deterruit, Exterruit, Perterruit, Perterrefecit, Perculit: Præterit. וְהַחֲרַדְתִּי אֹתוֹ *Perterrefaciam eum*, 2.*Sam.*17.2.

חָרֵד *m.* Trepidus: לִבּוֹ חָרֵד *Animus ejus erat trepidus*, 1.*Sam*.4.*v*.13. Plural. הַחֲרֵדִים אֶל־דְּבָרוֹ *Qui trepidi estis vel trepidatis ad verbum ejus*, *Jes*.66.5.

חֲרָדָה *f.* Tremor, Trepidatio, Solicitudo; *ac frequenter additur Verbo suo*: וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדוֹלָה *Et contremuit Isaac tremore magno*, *Genes*.27.33. אֶת־כָּל הַחֲרָדָה הַזֹּאת *Totâ solicitudine istâ*, 2.*Reg*.4.13. Constr. לְחֶרְדַּת אֱלֹהִים *In trepidationem Dei*, 1.*Samuel*.14. *v*.15. *id est*, *maximam*: *quicquid enim in suo genere summum*, *id Hebræi Divinum appellant*: *vide Jonæ* 3.3. *Psalm*.36. *vers*.7. *& infrà in* פֶּתַל. Plural. חֲרָדוֹת *Trepidationes*, *Ezech*.26.16.

חָרָה Arsit, Exarsit irâ, Irâ accensus fuit; *& Iræ vocabulum ferè semper adjunctum habet*: *ubi autem desideratur*, *subaudiendum est*. *Regit Accusativum personæ*, *communiter cum Præpositione* ב: *Impersonaliter vel reciprocè usurpatum*, *construitur cum Dativo*. Præter. וְאַף יְהוָה חָרָה בָעָם *Ira Domini accensa est in populum*, *Numer*.11.33. הַהֵיטֵב חָרָה־לָךְ *An benè vel justè accenditur tibi*, *scil*. אַף *Ira*, *satisne rectè irasceris*? *Jonæ* 4.9. Futur. per Apocopam, אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי *Ne quæso accendatur* (*ira*) *Domino meo*, *Ne ægrè ferat Dominus meus*, *Genes*.18.30. Niph. Præter. נִחֲרוּ־בִי *Accensi sunt irâ contra me*, *Cantic*.1.*v*.6. *quod & à* חָרַר *esse potest*. Partic: הַנֶּחֱרִים בָּךְ *Qui exardescunt* (*irâ*) *contra te*, *Jesa*. 41.*v*.11. Hiph. Præter. הֶחֱרָה *Exarsit vel Accendit*, *scil*. *animum suum*, *Neh*.3.20. *hic in bonum sumitur*, *& est studii ardentis*, *non iræ*. Fut. per Apocopam, וַיִּחַר עָלַי אַפּוֹ *Et accendit contra me iram suam*, *Job*.19.11. Hithp. Fut. per Apocopam, אַל־תִּתְחַר *Ne irâ accendaris*, *Prov*.24. *v*.19. *Sic Psal*.37.1.8.

חֳרִי *m*. Æstus: מֶה חֳרִי הָאַף הַגָּדוֹל הַזֶּה *Quid* (*sibi vult*) *æstus*

Digitized by Google

æstus iræ istius maximæ? Deut.29.24. בָּחֳרִי־אַף *In æstu iræ,* Exod.11.8.

חָרוֹן m. Æstus iræ, Ardens ira; Construct. חֲרוֹן אַפּוֹ *Aestum iræ suæ,* Psalm.78.49. Aff. חֲרֹנְךָ *Ardentem iram tuam,* Exod.15.v.7. *At,* כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן *Sicut vivum, sic adustum, vel, siccum ut aridum perdet,* Psal.58.10. *juxta quosdam.*

חרז *Unde Nomen Plur.* חֲרוּזִים m. Torques, *Cant.*1. v.10. *Propriè sic Hebræis vocantur margaritæ, & similia monilia filo indita; nam* חָרַז Filo indere, *apud Rabbinos, Germ.* Anreyhen / Anfassen: *Unde illud Rabbinorum:* אִית דְּיָדַע לְמִחְרוֹז וְלֹא יָדַע לְמִקְדַּח Est qui novit filo indere, & non novit perforare, *scil. margaritas:* alius novit perforare, & non novit filo indere, &c. *Item:* Vidi quòd filius Assai sedebat, וְחוֹרֵז Et colligebat (*scil. torquem pulchrè dictorum*) ex Lege, Prophetis & Hagiographis, &c. *Extant hæc in præfatione libri* עֲקֵדַת יִצְחָק. *Et apud Talmudicos priscos:* מַחֲרוּזוֹת שֶׁל דָּגִים Fasciculi piscium, *pisces ordine in vimen collecti, in Cod. Bava mezia, cap.*2. *in principio cap. & fol.*23. *Hinc intelligitur, quare apud Grammaticos dicatur* חָרוּז *Versus Rhythmicus,* Plural. חֲרוּזִים.

חרט m. Cœlum, *sculptorium instrumentum,* Exod.32. v.4. Stylus scriptorius, *Jesa.*8.1. Plur. חֲרִיטִים Loculi: בִּשְׁנֵי חֲרִטִים *In duobus loculis,* 2.Reg.5.23. *Item,* Aciaria, *Jes.*3.22. *ornamenta muliebria, quæ aciculis affiguntur: aut* Loculi, *juxta præcedentem significationem. Nam & cum his mulieres superbiunt.*

* חרטום m. Chald. *Magus,* Dan.2.10. Plur. חַרְטֻמִּין Magi, v.2. & חַרְטֻמַּיָּא Dan.4.4. Ab.Esra Dan.2. scribit esse חַכְמֵי הַתּוֹלָדוֹת Genethliacos. *Et sic Hebr.* חַרְטֻמִּים *Magi,* Dan.1.20. & 2.2. Constr. חַרְטֻמֵּי Gen.41.8.

חֲרַךְ Chald. *Adußit*, *Ambußit*, *Inußit*, in Targum frequens : Hithp. Præterit. לָא הִתְחָרַךְ Non fuit aduſtus, Dan.3.27. *Hebraicè Futurum ex* Kal, לֹא־יַחֲרֹךְ *Non aduret*, *aſſando ſcil*. *Prov*.12.27.

חֲרַכִּים *m.p.* Clathri, Cancelli, *Cant*.2.9. *ſignificatio etiam Chaldaica eſt*. *Nam* חֲרַכָּא Feneſtra, *idem quod Hebraicè* חַלּוֹן.

חרל חָרוּל *m.* Urtica, *Soph*.2.9. תַּחַת חָרוּל *Sub urticis*, *Job*.30.7. *Aben Eſra & R.Levi*, *Sub ſpinis*: Plural. חֲרֻלִּים *Urticæ*, *Prov*.24.31.

חרם Hiph. הֶחֱרִים Anathematizavit, Anathemate vel Anathemati, Internecioni, Perditioni devovit, Diſperdidit : Conſecravit, Devotum effecit : Præter. הֶחֱרִים אוֹתָם *Internecioni devovit eos*, *Joſ*.11.v.12. וְהַחֲרַמְתִּי לַיהוָה *Et anathemate devovebo quæſtum eorum Domino*, *Mich*.4.13. Futur. כָּל־חֵרֶם אֲשֶׁר יַחֲרִם *Omne devotum*, *quod devoverit quis Domino*, *Lev*. 27. *v*.28. פֶּן־תַּחֲרִימוּ *Ne anathemazite*, *id eſt*, *ne rapite vel attingite anathema*, *ut Kimchi explicat*, *Joſuæ* 6. *v*.18. *Alii paßivè*, *Ne fiatis anathema*, *vel*, *Ne efficiatis vos ipſos anathema*. Hoph. Futur. יָחֳרָם *Ut anathema perditor*, *Exod*.22.20.

חֵרֶם חֶרֶם *vel* חֵרֶם *m.* Devotum, Res devota, Anathema: כָּל־חֵרֶם *Omne devotum*, *Num*.18.14. וְחֵרֶם *Et anathema non erit amplius*, *Zach*.14.11. *Cum quinq; punctis*, *eſt etiam* Sagena, Plagæ, Rete: יָצוּדוּ חֵרֶם *Venantur plagis*, *Mich*.7.2. Aff. בְּחֶרְמוֹ *Plagis ſuis*, *Hab*.1.15. עַל־עַם חֶרְמִי *Super populum anathematis mei*, *quem ſcil. internecioni devovi*, *Joſ*.34.5. Plural. מְצוֹדִים וַחֲרָמִים *Retia & plagæ*, *Eccleſ*.7.27.

חָרוּם חָרֻם *m.* Curtus membris, *Levit*.21.18. *& opponitur ipſi* שָׂרוּעַ *Superfluus membris*, *aut habens unum altero majus*,

majus, ut Aben Esra notat. R. Salomon & alii exponunt Simum, *qui nasum habet nimis depressum, sed generalius est.*

* חֶרְמֵשׁ *m.* Falx messorum; מֵהָחֵל חֶרְמֵשׁ בַּקָּמָה *Ex quo cœperit esse falx in segete, Deut.16.9.*

חֶרֶס *m.* Sol: *sic dictus, quòd calore suo faciat terram aridam & siccam, instar* חֶרֶשׂ *testæ, juxta illud: Aruit* כַּחֶרֶשׂ *tanquam testa virtus mea, Psalm. 22. v. 16.* מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס *A supra solem, Jud.8.13. id est, Ante ortum vel ascensum solis.* Cum ה paragogico, בְּטֶרֶם יָבוֹא חַחַרְסָה *Antequam occumberet sol, Jud.14.18. Item* Prurigo, *scabiei species, Deut.28.27.*

חַרְסִית *f.* Solaris: שַׁעַר הַחַרְסוּת *Porta solaris, i.e. orientalis, Jer.19.2. scribitur cum* ו, *sed legitur per* י.

חָרַף Exprobravit, Probris affecit, Probro exposuit. *Semel est* Hyemare, *ex significatione Nominis derivati.* Particip. חֹרְפִי *Probris afficienti me, vel, Exprobranti mihi rem aliquam, Proverb.27.11.* Futurum, לֹא יֶחֱרַף *Non probrosè habebit, vel, Probro exponet me, aut Probrosè aget, Job. 27. 6.* עָלָיו תֶּחֱרָף *Super eum hyemabit, Jesa.18.6.* Niph. Particip. Fœmin. שִׁפְחָה נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ *Ancilla despecta alicui, Probro cujusque exposita, Levit.19.20. Plerique Hebræorum idem volunt esse quod* Desponsata. *Inde & Talmudicis,* חרופה *Desponsata. Aben Esra eam expositionem improbat, ac probat priorem.* Pih. Præterit. חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת *Probrosè exponit animam suam ad moriendum, id est, vitam periculo mortis exponit, eam quasi nihili æstimans, Judic.5.18.* אֲשֶׁר חֵרַפְתָּ *Quem probris affecisti, 1. Samuel. 17. 45.* Infinit. בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים *Quum probra conjicerent in Philistæos, 2. Sam.23.9. illis insultando, pugnam offerendo. Vel* בְּחָרְפָם *id est,* בְּחָרֵף נַפְשָׁם *Quum probrosè expo-*

nerent vitam suam, ut in precedenti loco. Vel, Quum acuerent se in Philistaos, ex usu Verbi Chaldaico. Est ex hac conjugatione, quia Kametz, sub ח *accentu junctum, longum est, indicatq; compensationem Dagesch. Accentu absente, potest esse ex Kal, & tum Kametz est breve, id est, Kametz chatuph.*

חֹרֶף *m.* Hyems, *quasi Probrum terra dicta: nam dehonestat & quasi Probro afficit terram, virorem & splendorem omnem ab illa auferendo: Item* Juventus, Adolescentia, *quasi Aetas pracox: Nam* חֲרָפִי *Pracocia, Eccles.11.2. in Targum Veneto: aut quòd multa Probrosè committit:* וְקַיִץ וָחֹרֶף *Et æstas & hyems, Gen.8.22.* מֵחֹרֶף *Propter hyemem, Proverb. 20. 4.* Aff. *juxta aliam significationem,* בִּימֵי חָרְפִּי *In diebus pueritia vel juventutis mea, Job.29. v.4. juxta plerosq; Hebraos: Quidam,* In diebus hybernorum meorum, *dum scil. in hybernis stationibus quiescerem, Deo, tanquam duce meo, mihi de omnibus necessariis prospiciente.*

חֶרְפָּה *f.* Probrum, Opprobrium: חֶרְפָּה הוא לָנוּ *Probro hoc nobis est, Gen.34.10.* Constr. וְחֶרְפַּת עַמּוֹ *Et probrum populi sui, Jesa.25.8.* Aff. אֱסֹף חֶרְפָּתֵנוּ *Aufer probrum nostrum, Jes.4.1.* Plur. וַתְּהִי לַחֲרָפוֹת לִי *Et fuit in probra mihi, Psal.69.11. id est, in summum probrum.* Constr. וְחֶרְפּוֹת חוֹרְפֶיךָ *Et opprobria probris afficientium te, v.10.*

חָרַץ Movit, Motus fuit; vel Movit se: Decîdit, Præcîdit, Concîdit, Exscîdit: Statuit, Decrevit: Præter. לֹא חָרַץ *Non moverat, Jos.10.21.* אַתָּה חָרַצְתָּ *Tu decidisti, definivisti, 1.Reg.20.40.* Partic. Pahul, כִּלָּיוֹן חָרוּץ *Consummatio pracisa, decisa, Jes.10.22.* Plur. חֲרוּצִים יָמָיו *Pracîsi, definiti sunt dies ejus, Job.14.1.* Fut. לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ *Movebit canis linguam suam, Exod.11.7.* אָז תֶּחֱרָץ *Tunc movebis te, 2.Sam.5.24.* Niph. Partic. Fœm. וְנֶחֱרָצָה

Et qui-

*Et quidem præcisam, Jesa.*10.23. נֶחֱרָצָה שְׁמָמוֹת *Decisum vel præcisum desolationum erit, id est, decisa, summa desolatio, Dan.*9.26.

חָרוּץ *m.* Excisus: Sedulus, Industrius, Strenuus, Solicitus: Tribula: Fossa: Aurum: *Nunc adjectivum, nunc substantivum est:* לְמֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ *In tribulam excisam recentem, habentē multa ora, id est, multas cæsuras, Jes.*41.15. לֹא בֶחָרוּץ יוּדַשׁ *Non tribulâ trituratur nigella, Jes.*28.27. *Intelligenda autem tribula antiqua, quæ ii abæ quædam species erat, alligatis ipsi bobus, juxta illud:* Non obturabis os bovi trituranti, *Deut.*25.4. *Generale est* מֹרַג; *speciale,* חָרוּץ *à Cæsuris. Fuit enim tribula, ut scribit R.Salomon Jarchi Jes.*41.15. חָרִיצִים חֲרִיצִים *id est, plena cæsuris sive incisionibus, instar instrumenti fabrorum ferrariorum, quod dicitur Lima, & trahebatur super trituram, donec abscinderentur spicæ, ac stramen ejus fieret palea.* Apud Talmudicos *legitur, fuisse instrumentum ligneum ex tigillis factum, plenum clavis sive dentibus (infernè obtusis) cui imponebatur massa ferrea gravandi causâ: Trahebatur à bobus super trituram, atq; ita frumentum excutiebatur, stramenq; redigebatur in paleam, Cod. Menachoth cap.*3.*fol.*22. *& Cod. Sebhachim, cap.*14.*fol.*116. בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ *In valle decisa vel definita, Joël.*3,4. *nempe ad judicium exercendum, pro populo Dei, & in excidium impiorum; vel* Valle tribulæ, *id est, in qua triturandi impii; aut,* Valle excidii: רחוב וְחָרוּץ *Platea & fossa, Dan.*9.25. *Sic Rabbinis* חֲרִיצָה *Fossa:* מֵחָרוּץ נִבְחָר *Præ auro selecto, Prov.*8.10. *a* *Effodiendo; quia è terræ penetralibus Exscinditur: vide* זָהָב *suprà.* וְהוֹן־אָדָם יָקָר חָרוּץ *Et substātia hominis strenui, pretiosa est, Prov.*12.27. *per transpositionem verborum. Cohærent enim* אָדָם חָרוּץ *ut Kimchi in libro Rad. notat; aut secundum R.Levi, Substantia*

hominis pretiosi (*non scil. dolosi aut ignavi*) *aurum est, id est, optima, solida & durabilis*: יִפְרַד חָרוּץ עֲלֵי־טִיט *Substernit excisum vel exacutum quodque in luto, Job.* 41. 21. *nempe in abysso & profundo maris, ubi lutum est: Vult dicere, Exacutæ petræ sunt balænis ut testa, acuminata sunt ipsis ut obtusa, substernunt ea sibi, & securè illis in profundo maris incumbunt, ut Aben Esra & R. Levi enarrant*: Plurale, וְיַד חָרוּצִים *Et manus sedulorum ditat, Proverb.* 10. 4. *& sic Proverb.* 13. 4. *Est formæ dagessatæ* תַּנּוּר: *ideò retinet Kametz.*

חֲרִיצִים *m. p.* Tribulæ: Casei, *quasi Excisiones è lacte dicas*: Constr. חֲרִיצֵי הֶחָלָב *Caseos lactis*, 1. *Sam.* 17. 18. וּבַחֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל *Et tribulis ferreis*, 2. *Sam.* 12. 31. *quæ ad supplicia fontium adhibitæ fuerunt.* Et forma fœm. בַּחֲרֻצוֹת הַבַּרְזֶל *In tribulis ferreis, Amos* 1. 3.

חַרְצִין Chald. *Lumbi*: Aff. קִטְרֵי חַרְצֵהּ Cingula lumborum ejus, Dan. 5. 6. pro חַרְצוֹהִי: sic enim ה aliquando pluralibus additur: vide Grammaticam nostram Chaldaicam.

* חַרְצֹב Plural. חַרְצֻבּוֹת *f. p.* Nexus, Vincula, Colligationes: חַרְצֻבּוֹת לְמוֹתָם *Vincula ad mortem ipsorum, Psalm.* 73. 4. פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע *Solvendo nexus improbitatis, Jesa.* 58. 6.

* חרצן, חַרְצַנִּים *m. p.* Nuclei acinorum, *Num.* 6. 4.

חרק Frenduit, Striduit: Præterit. חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו *Frendit contra me dentibus suis, Job.* 16. 9.

חרר Exarsit, Exustus, Adustus, Ustulatus fuit: Præt. חָרָה מִנִּי חֹרֶב *Exarsit præ siccitate, Job.* 30. v. 30. וְחָרָה נְחֻשְׁתָּהּ *Et exuratur ærugo ejus, Ezech.* 24. 11. *quæ hinc sunt propter accentum in penultima*: עַל כֵּן חָרוּ *Idcirco exardescent, Jesa.* 24. 6. Niph. Præter. נָחַר מַפֻּחַ *Exardescit follis, Jer.* 6. 29. *vel, Exsiccatur, Exarescit. Nam ardorem*

ardorem & æstum siccitas sequitur. Et cum Chirek sub Nun, נִחַר גְּרוֹנִי *Exsiccatur guttur meum, Psal.69.4.* Fut. וַיֵּחָר *Et ustulatus est, Ezech.15.5.* Pih. *ex geminata prima radicali.* Infin. לְחַרְחַר *Ad accendendum, Prov.26.21.*

חַרְחֻר *masc.* Adustio, Inflammatio : Febris ardens, *Deut.28.22.*

חֲרֵרִים *m.p.* Siccitates, Loca sicca, *Jer.17.16.*

חרים חוֹרִים *m.p.* Liberi, Ingenui, Nobiles, Illustres: בֶּן־חוֹרִים *Filius ingenuorum, Eccl.10.17.* וָאֹמַר אֶל הַחֹרִים *Et dixi ad nobiliores, Neh.4.19. sic 5.7.* Constr. חֹרֵי יְהוּדָה *Liberi, clarissimi Jehudæ, Nehem.6.17.* Aff. חֹרֶיהָ *Liberos, nobilissimos ejus, Jesa.34.12. Huc revocamus, quia* חָרַר *Chaldæis & Syris est*, Liberum efficere, Libertate donare: חָרְרָךְ *Liberavit te, Rom.8.32.* נְחַרְרִכוּן *In libertatem asseret vos, Joh.8.32.* אֲרֵי לָא אִתְחָרְרָה *Non enim libertate donata est, Levit.19.20.*

חֹר Foramen, Caverna. *Huc pertinet; nam Chaldaicè dicitur* חֲרוּרָא & חוּרָא. *Syrè* חֲרוּרָא *Matth.19.24.* Apud Talmudicos, מחט שניטל חרירה Acus cujus ablatum est foramen. *Vulgò referunt ad* חור, *ex Quiesc. secundâ. Hinc ergo* וַיִּקֹּב חֹר *Et perforavit foramen, 2.Reg.12.9.* עַל חֻר *Super foramen, Jes.11.8.* Plural. מִן הַחֹרִים *Ex foraminibus, 1.Sam.14.11.* ארגים חֹרָי *Texentes foraminosa opera, id est, retia, sive aulæa reticulata, Jesa.19.9. Sic R.Sal. & Chaldæus. Aben Esra, Candidam telam, & sic est à* חָוַר. *Est autem* חֹרַי *pro* חֹרִים, *cui simile infrà in* חָשַׁף. Irregulare & illud, סַלֵּי חֹרִי *Canistra foraminum, Gen.40.16. id est, foraminosa, pro* חֹרִים. *Aut* חֹרִי Foraminosum opus, Foraminosus, *ut* חָפְשִׁי Liber. *R.Sal. explicat*, Canistra candida, *ex decorticatis virgulis, in quibus placentæ & crustulata lautiora deferri soleat. Ab.Esra*, Canistra candida, *sc. panis. Hoc usu esset à* חָוַר, *ut antecedens.*

Constr.

Constr. חֹרֵי עָפָר *In foraminibus vel cavernis terræ, Job.* 30.6. Aff. חֹרָיו *Foramina sua, Nah.*2.12. בְּחוֹרֵיהֶן *In foraminibus suis, Zach.*14.12. Et cum Schurek, הָפֵחַ בַּחוּרִים *Illaqueando in foraminibus, Jesa.*42.22. *Porrò* חוּר *per Synecdochen speciei est* Podex, *Foramen ventris posterioris, unde excrementa exeunt: inde per metonymiam,* חֲרִים Excrementa, *appellatione obscænâ. Ubi ergo hoc sensu vocabulum hoc occurrit, ibi Scribæ legendum substituerunt aliud vocabulum in auribus honestius, cujus vocales præcedenti voci subjecerunt: ut,* לֶאֱכֹל אֶת־חֲרָאֵיהֶם *Ad comedendum excrementa sua, Jesa.*36.12. *quod legendum* צוֹאָתָם *Egesta sua, quæ vox in margine posita est. Juxta consonas autem legendum fuisset* חֲרָאֵיהֶם *vel* חֲרֵיהֶם *nam* א *adventitium. Vide infrà in* טחר.

מַחֲרָאוֹת *f.p.* Latrinæ, *loca ubi excrementa deponuntur. Et hæc vox pronunciatu obscæna: unde alienæ vocales ipsi adjectæ, & alia vox, cujus vocales istæ propriæ, pro ea legitur, quæ idcircò ad marginem posita: ut,* וַיְשִׂימֻהוּ לְמַחֲרָאוֹת *Et disponebant illud in latrinas,* 2.*Reg.*10.27. *legendum,* לְמוֹצָאוֹת, *quæ vox* נקיה יותר *honesta & pura magis, ut Hebræi ajunt. Singulare esset* מַחוֹר, *formæ* מָעוֹן.

חֲרִיוֹנִים *m.p.* Excrementa columbarum, 2.*Reg.*6.25. *Vox composita, & similiter obscæna. Juxta consonas essent duæ voces* חֹרֵי יוֹנִים Excrementa columbarum: *At quia & hic* חֲרִים *obscænum, ut in antecedentibus, ideò legendum substituerunt in margine* דִּבְיוֹנִים, *de qua vide* דב. *Ita prisci Hebræorum, honestati, in legendo & pronunciando Verbo Dei sancto, consulere voluerunt, ut quæ vocabula in communi & profano usu obscæna, in re sacra aures cujusquam non offenderent. Hinc Traditio, quæ legitur in Cod. Talmudico Megilla, cap.*3.*in fine.* כָּל המקראות הכתובין בתורה לגנאי קורין אותן לשבח: *Id est,* Omnes

voces,

voces, quæ ſcriptæ ſunt in Lege obſcænè, legunt eas honeſte. *Vide &* טחר.

חָרַשׁ Aravit: *metaphoricè* Exaravit, Expreſſit, Impreſſit, Inſculpſit, Fabricavit vel Fabricatus eſt, Machinatus eſt: *Item*, Surdum agere, Obſurdeſcere, Tacere, Conticeſcere, Silere; *ſed id in Futuro tantùm, quando in Pathach deſinit*: Præterit. חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים *Araverunt aratores, Pſal.129.3.* Particip. חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת *Fabricans æs, id eſt, faber ærarius, 1.Regum 7. v.14.* חֹרֵשׁ רָע *Fabricatur malum, Proverb.6.14.* Plural. חֹרְשֵׁי טוֹב *Fabricantibus bonum, Proverb.14.22.* Partic. Præterit. חֲרוּשָׁה *Exaratum, id eſt, inſcriptum, inſculptum, Jerem.17.v.1.* Futur. אַל־תֶּחֱרַשׁ *Ne ſurdum agas, Pſalm.28.1.* Niph. Futur. שָׂדֶה תֵחָרֵשׁ *Ut ager arabitur, Jer.26.18.* Hiph. Præter. כִּי־הֶחֱרִשׁ לָהּ *Cùm tacuerit ei, Num.30.15.* Part. ex prima ſignificatione, מַחֲרִישׁ הָרָעָה *Tacitè fabricans malum, 1.Sam.23.v.9.* Hithp. Futur. וַיִּתְחָרְשׁוּ *Et tacuerunt, Jud.16.2.*

חָרָשׁ *m.* Faber, Artifex: מַעֲשֵׂה יְדֵי חָרָשׁ *Opus manuum artificis, Deut.27.15.* Conſtr. חָרַשׁ בַּרְזֶל *Faber ferri, id eſt, ferrarius, Jeſ.44.12.* חָרַשׁ עֵצִים *Faber lignorum, lignarius, v.13. & Kametz manet, quia eſt loco ejecti Dageſch, formæ* גַּנָּב: Plural. חָרָשִׁים *Artifices*: Conſtr. וְחָרָשֵׁי עֵץ וְחָרָשֵׁי אֶבֶן *Fabros lignarios & fabros lapidum; id eſt, latomos, 2.Sam.5.11. Cùm eſt ex forma non dageſſata, ut* דָּבָר; *tum primum Kametz mutatur: ut,* וַחֲכַם חֲרָשִׁים *Et ſapientem artificum, id eſt, peritum artificem, Jeſa.3.3.*

חֵרֵשׁ *m.* Surdus: כְּחֵרֵשׁ לֹא אֶשְׁמָע *Tanquam ſurdus non audio, Pſal.38.14.* Plur. הַחֵרְשִׁים שְׁמָעוּ *O ſurdi audite, Jeſa.42.18.*

חֶרֶשׁ *m.* Silentium, *& adverbialiter*, Silenter, Clàm, *pro* בַּחֶרֶשׁ; *ut Joſ.2.1.*

חָרִישׁ *m.* Aratio; *Gen.*45.6. Aff. לַחֲרשׁ חֲרִישׁוֹ *Ad arandum arationem suam*, 1.*Sam.*8.12.

חֹרֶשׁ *masc.* Sylva, Saltus, Virgultum, *densum & implexum, facienda umbra commodum, ut Kimchi scribit in Com. Ezech.*31.3. הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר *Virgulti & rami summi, Jes.*17.9. *quod per Tzere scribitur.* Cum ה locali, חֹרְשָׁה *In sylvam*, 1.*Sam.*23.16. Plural. וּבֶחֳרָשִׁים *Et in saltibus*, 2.*Par.*27.4.

חֲרִישִׁית *f.* Silens: רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית *Ventum orientalem silentem, Jonæ* 4.8. *Sic Chaldaicè,* שְׁתִיקָא *Silentem, id est, subtilissimum & tenuissimum, qui æstum solis subtilitate suâ magis augebat, quàm ut perspirando corrigeret.*

חֲרֹשֶׁת *f.* Artificium, Fabrefactura, *Exod.*31.5. *Est &* Proprium nomen loci, *Jud.*4.31.

מַחֲרֵשָׁה *f.* Rutrum *vel* Sarculum: Aff. וְאֵת מַחֲרַשְׁתּוֹ *Et rutrum suum*, 1.*Sam.*13.20. Plural. לַמַּחֲרֵשׁוֹת *Pro rutris, vers.*21.

מַחֲרֶשֶׁת *f.* Vomer: Aff. אֶת־מַחֲרַשְׁתּוֹ *Vomerem suum*, 1.*Sam.*13.20.

חֶרֶשׂ *m.* Testa: וּכְלִי חֶרֶשׂ *Et vas testæ, id est, testaceum, Levit.*6.28. Plural. Constr. אֶת־חַרְשֵׂי *Cum testis, Jesa.*45.9. Aff. וְאֶת־חֲרָשֶׂיהָ *Et testas ejus, Ezech.*23.34.

חָרַת Exaravit, Exsculpsit: Part. Pahul. חָרוּת עַל־הַלֻּחֹת *Insculpta tabulis, Exod.*32.16.

חָשַׁב Cogitavit, Excogitavit, Existimavit, Putavit, Imputavit, Reputavit, Æstimavit: *Construitur sæpè cum Præpositionibus* עַל, אֶל *&* לְ: Præt. וְחָשַׁב עֲלֵיהֶם מַחֲשָׁבָה *Cogitat contra vos cogitationem, Jer.*49.30. *ubi scribitur* עֲלֵיהֶם *Contra eos, sed legendum juxta Masorethas,* עֲלֵיכֶם *Contra vos:* חָשַׁב אֶל יוֹשְׁבֵי *Cogitavit contra habitatores Theman*, *v.*20. Chald. Partic. Pehil,

Pehil, חֻשִּׁיבִין Reputantur, Dan. 4. v. 2. Futurum, אַל יַחֲשָׁב לִי אֲדֹנִי עָוֹן *Ne imputet mihi Dominus meus iniquitatem*, 2. *Sam.*19.19. וַיַּחְשְׁבֶהָ לְשִׁכֹּרָה *Et reputabat eam pro ebria, id est, esse ebriam*, 1.*Sam.*1.13. *Similem locutionem vide Genes.* 38.15. Niph. נֶחְשַׁב Imputari, Reputari, Æstimari, Annumerari: Præt. וְנֶחְשַׁב לָכֶם *Et imputabitur vobis*, *Num.*18.27. Futur. וַתֵּחָשֶׁב לוֹ *Et reputatum est ei ad justitiam*, *Psalm.*106. 13. Pih. חִשֵּׁב Cogitare, Excogitare: Reputare, Supputare, Numerare: Præter. וְחִשַּׁב עִם קֹנֵהוּ *Et supputabit cum emptore suo*, *Lev.*25.50. Futur. יְחַשְּׁבוּ רָע *Cogitant malum*, *Hos.*7. *v.*15. Hithp. Futur. יִתְחַשָּׁב *Annumerabitur*, *Annumerabit seipsum*, *Num.*23.9.

חֹשֵׁב *m.* Cogitans, Artifex, *quasi Cogitabundus*: Artificium: מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב *Opere artificis vel artificii; id est, artificiosissimo*, *Exod.*26.1.31. *Apud priscos legitur*: רוקם est opus acus, hoc est, acupictoris, ideoq; habet tantùm faciem unam: מַעֲשֵׂה חוֹשֵׁב est textoris sive textile, ideoq; habet duas facies, utrinq; scil. eandem faciem referens, *Codic. Talmudico Joma cap.* 7. *fol.* 72. *Hinc R. Salomonis & Ab. Esræ glossæ textæ sunt.*

חֵשֶׁב *m.* Cingula, *quâ Ephod induebatur & applicabatur Sacerdoti, & ornabat ipsum, scribit R. Salomon, Exod.*28.8. *à singulari artificio nomen habens.*

חֶשְׁבּוֹן *m.* Cogitatio, Supputatio, Ratio, Ratiocinium: *Eccles.*7.26.

חִשְּׁבֹנוֹת *m. p.* Idem: חִשְּׁבֹנוֹת רַבִּים *Ratiocinia plurima*, *Eccles.*7.30. חִשְּׁבֹנוֹת מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב *Excogitata cogitatione artificis*, 2.*Par.*26.15. *Est formæ* קִלְשׁוֹן.

מַחֲשָׁבָה *vel* מַחֲשֶׁבֶת *f.* Cogitatio, Excogitatio, *Exod.* 35.*v.*33. Aff. מַחֲשַׁבְתּוֹ *Cogitatio ejus*, *Esth.*9.25. Plural. חָשְׁבוּ מַחֲשָׁבוֹת *Excogitaverunt cogitationes*, *Jerem.*11.19. Constr.

Constr. מַחְשְׁבוֹת רָע *Cogitationes mali*, *Proverb*.15.26. Aff. עָמְקוּ מַחְשְׁבוֹתֶיךָ *Profundæ sunt cogitationes tuæ*, *Psalm*.92.6.

חשה Siluit, Tacuit, Mutus fuit: Infin. עֵת לַחֲשׁוֹת *Tempus silendi*, *Eccles*.3.v.7. Hiphil. הֶחֱשֵׁיתִי *Silui*, *Psal*.39.3. *Et activè*, Part.Plural. מַחְשִׁים לְכָל־הָעָם *Silentium indixerunt omni populo*, *Silere jusserunt*, *Represserunt universum populum*, *Neh*.8.11.

חשח Chald. *Opus*, *Necesse habuit*: Partic.Plural. לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא Non est necesse nobis, id est, לֹא צְרִיכִין, ut Hebræi exponunt, vel לֹא חוֹשְׁשִׁין Non sumus soliciti, Dan.3.16. Plur.Fœm. וּמָה חַשְׁחָן Et quæ opus sunt, Esr.6.9.

חַשְׁחוּת *f.* Chald. *Necessarium*, Esr.7.20.

חשך Obscurus, Obscuratus fuit, Tenebrosus, Obtenebratus fuit: Præterit. חָשַׁךְ הַשֶּׁמֶשׁ *Tenebrosus erit sol*, *Jesa*.13.10. Hiph. הֶחְשִׁיךְ Obtenebravit, Tenebras attulit, Tenebras effecit vel induxit: Præter. וְהַחֲשַׁכְתִּי לָאָרֶץ *Tenebras obducam terræ*, *obtenebrabo terram*, *Amos* 8.9. Partic. מַחְשִׁיךְ עֵצָה *Obtenebrans consilium*, *Job*.38.2. Futur. בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ *Antequam tenebras efficiat*, *Jer*.13.16. *cum defectu Joth*.

חֹשֶׁךְ *m.* Tenebræ, *Genes*.1.v.2. Aff. יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי *Illustrat tenebras meas*, 2.*Sam*.22.29. Chald. יָדַע מָה בַחֲשׁוֹכָא Novit quæ in tenebris sunt, Dan.2.22.

חֲשֻׁכִּים *m.p.* Obscuri, Ignobiles homines, quos fama obscura recondit, *ut Virgil. loquitur*, *Prov*.22.29.

חֲשֵׁכָה *f.* Tenebræ, Obtenebratio: חֲשֵׁכָה גְדֹלָה *Tenebræ magnæ*, *Gen*.15.12. Constr. חֶשְׁכַת־מַיִם *Tenebras aquarum*, *Psal*.18.12. *id est*, *atras nubes*, *quæ obscuritatem efficiunt*: Plurale masc. הָלַךְ חֲשֵׁכִים *Ambulat in tenebris*, *Jesa*.50.10.

מחשך

Digitized by Google

מַחְשָׁךְ *m.* Tenebræ, Tenebrosus vel Tenebricosus locus: מְיֻדָּעַי מַחְשָׁךְ *Noti vel familiares mei sunt mihi tenebræ, Psal.* 88. 19. *R.Salomon*, Obscuratus sum & desertus à familiaribus meis: Plural. בְּמַחְשַׁכִּים *In tenebrosissimis locis, vers.7.* Constr. מַחֲשַׁכֵּי אֶרֶץ *Obscura loca terræ, Psal.74.20.*

חָשַׂךְ Cohibuit, Subtraxit: וְלֹא־חָשַׂךְ מִמֶּנִּי *Et non subtraxit à me quicquam, Gen.39.9.* Niph. Futur. יֵחָשֶׂךְ רָע *Subtrahitur malus, Job.21.30.*

חֲשַׁל Chald. *Debilitavit:* Part. מְהַדֵּק וְחָשֵׁל Comminuens & debilitans, Dan.2.40. Niph. *Heb.* Partic. הַנֶּחֱשָׁלִים *Qui debiles, vel, debilitate affecti erant, Deut.25.18.*

חַשְׁמַל *masc.* Pruna *summè ignita, adeoq; ardentissima, quasi* חָשׁ מַל *Festinanter excidens & consumens:* כְּעֵין חַשְׁמַל *Velut color prunæ ignitissimæ, Ezech.1.4.27.* Cum ה paragogico, הַחַשְׁמַלָה, *cap.8.2. Formæ* אַרְנָן.

חַשְׁמַן *m.* Magnas, Primas: חַשְׁמַנִּים Magnates, Optimates, *Psal.68.32. Notat Elias in suo Thischbi*, Cardinales *in Italia à Judæis vocari* Chaschmannim. *Formæ* אַרְנָן.

חֹשֶׁן *m.* Pectorale, *ornamentum sacrum summi sacerdotis, è regione cordis adhibitum, Exod.28.4.* חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט *Pectorale judicii, vers.15. quia de jure responsurus, eo induebatur, & per Urim & Tummim, quæ ei inclusa fuerunt, responsa cognovit, Numer.27.21. Græcis λόγιον Rationale.*

חָשַׂף Nudavit, Denudavit: *metaphoricè* Hausit, Exhausit, Depromsit: Præteritum, חָשַׂף יְהוָה *Nudat Dominus brachium sanctitatis suæ, Psal.52.10.* Particip. anomalum, חֲשׂוּפַי שֵׁת *Denuda-*

tos natibus, *Jes.*20.4. *pro* חֲשׂוּפֵים *& est loco Constructi*, *vide simile in* יָד. Infin. וְלַחְשֹׂף מַיִם *Ad hauriendum aquam*, *Jesa.*30.14.

חֲשִׂיפִים *m. p.* Greges: Constructum, חֲשִׂפֵי עִזִּים *Parvi greges caprarum*, 1.*Reg.*20.27. *id est*, *rari*, *quasi Nudi dicti*, *quòd præ paucitate & raritate ipsorum*, *terra quasi Nuda appareret*; *cùm hostis suâ multitudine terram opleret*.

מַחְשֹׂף *m.* Denudatio, *Gen.*30.37.

חָשַׁק Amavit, Amore propendit vel propensus fuit, Desideravit: *Construitur cum Accusativo & Præpositione* ב: Præter. בַּאֲבֹתֶיךָ חָשַׁק *In majores tuos propensus fuit*, *Deut.*10.15. חָשַׁק לִבְנוֹת *Desideravit ædificare*, 1.*Reg.*9.19. חָשְׁקָה נַפְשׁוֹ בְּבִתְּכֶם *Amore propendet animus ejus erga filiam vestram*, *Genes.*34.v.8. Pih. חִשֵּׁק Cingere: Præterit. וְחִשַּׁק אֹתָם *Et cinxit vel fasciis redimivit eas*, *Exod.*38.28. Pyh. Part. מְחֻשָּׁקִים כֶּסֶף *Cinctæ erant argento*, *id est*, *fasciis argenteis*, *Exod.*27.17.

חֵשֶׁק *m.* Desiderium, 1.*Reg.*9.19. Aff. אֵת נֶשֶׁף חִשְׁקִי *Crepusculum desiderii mei*, *Jesa.*21.4. *id est*, *desideratissimum*; *suavissimum*.

חֲשׁוּקִים *m. p.* Fasciæ, Cincturæ, Orbes: Aff. וַחֲשֻׁקֵיהֶם *Et fascias illarum*, *Exod.*27.10.

חִשֻּׁקִים *m. p.* Canthi, *exterior rotæ cinctura*: Aff. וְחִשֻּׁקֵיהֶם *Et canthi earum*, 1.*Reg.*7.33.

חשר חִשֻּׁרִים *m. p.* Radii rotarum: Aff. וְחִשֻּׁרֵיהֶם *Et radii ipsarum*, 1.*Reg.*7.33. *Kimchi in lib. Rad. putat convenire cum* קָשַׁר Ligare, *& Radii dicuntur quasi Ligamenta rotarum*.

חַשְׁרָה *f.* Colligatio: Constr. חַשְׁרַת מַיִם *Colligationem aquarum*, 2.*Sam.*22.12. *id est*, *nubium densarum*, *quæ aquas effundunt*, *ut Kimchi explicat in Comment. Pro eo legitur*

legitur Psal.18.12. חֶשְׁכַת־מַיִם *Obscuritatem aquarum, id est, Atras nubes, aquis plenas.*

חֲשַׁשׁ *m.* Quisquiliæ, Gramen torridum, Gluma, *Cremium ignem facilè concipiens, Jes.5. v.24. & 33.11.*

חָתָה Cepit, Accepit: Particip. גֶּחָלִים אַתָּה חֹתֶה *Prunas tu capis, Proverb.25. v.22.* Infinit. לַחְתּוֹת אֵשׁ *Ad capiendum ignem, Jesa.30.14.* Fut. הֲיַחְתֶּה אִישׁ *An accipiet quisquam, Prov.6.27.* יַחְתְּךָ *Accipiet te, Psalm.52.7. id est, Abripiet celeriter ut pruna removeri solet.*

מַחְתָּה *f.* Thuribulum, Acerra, *quasi Receptaculum ignis & carbonum, ad faciendum suffitum: Item* Forceps: Trulla: מְלֹא הַמַּחְתָּה *Plenum thuribulum, Levit.16.12.* Aff. מַחְתָּתוֹ *Thuribulum suum, Levit.10.1.* Plural. וְאֶת הַמַּחְתֹּת *Et forcipes, juxta R.Salomonem, Numer.4.14.* Aff. וּמַחְתֹּתֶיהָ *Et forcipes ejus, vers.9.* וּמַחְתֹּתֶיהָ *Et trullas ejus, Exod.25.38. R.Salomon scribit, esse instrumentum instar parvi cochlearis, quo capiebant cinerem & sordes ellychnii, totâ nocte in lucernis collectas, quum manè rursus incenderent eas.*

חָתַךְ Concidere, Incidere, *apud Rabbinos frequens:* Niph. נֶחְתַּךְ *Decisum est, Dan.9.24. impersonaliter, pro, Decisæ sunt.*

חָתַל Fasciis involvit, *ut infantes involvi solent:* Pyh. *Præt. & Infin. ex* Hoph. הָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ *Fasciando non fuisti fasciata, Ezech.16.4. id est, fasciis involuta.*

חִתּוּל *m.* Fascia, *Ezech.30.21.*

חֲתֻלָּה *f.* Idem: Aff. חֲתֻלָּתוֹ *Fasciam ejus, Job.38.9.*

חָתַם Signavit, Consignavit, Obsignavit: Partic. præsens, חוֹתֵם תָּכְנִית *Obsignans summam,*

*Ezech.*28.12. Partic. Pahul, חָתוּם בְּאֹצְרֹתָי *Obsignatum in thesauris meis*, *Deuter.*32.34. Infin. וְלַחְתֹּם *Et ad obsignandum*, *Dan.*9.24. & וּלְחָתֹם, *Ibidem*, *vide in* תמם. Chald: Præter. וְחַתְמַהּ Et obsignavit eam, Dan.6.17. Niph. Præter. וְנֶחְתּוֹם *Et obsignata fuerat*, *Esth.*8.8.& *est in Cholem, cui simile vide in* עָתַר. Part. נֶחְתָּם *Obsignata*, *Esth.*3.12. Pih. Præt. חִתְּמוּ לָמוֹ *Designarunt sibi*, *Job.*24.v.16. Hiph. Præt. הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ *Obstruxerit carnem ejus*, *Lev.*15.3. *scil. semen suâ crassitie, ut R.Salomon explicat.*

חֹתָם *m.* Sigillum, *Exod.*28.11. סָגוּר חוֹתָם צָר *Clausa sigillo arctissimo*, *Job.*41.6. Aff. וַתַּחְתֹּם בְּחֹתָמוֹ *Et obsignavit annulo ejus*, 1.*Reg.*21.8.

חֹתֶמֶת *f.* Idem, *Genes.*38.25.

חתן Hithpah. הִתְחַתֵּן Affinitatem iniit, contraxit vel junxit, Affinitate se junxit vel conjunxit, Affinitate junctus fuit: *Construitur sæpius cum Præposit.* ב, *quandoque cum* אֶת & *Dativo*: Præter. וְהִתְחַתַּנְתֶּם בָּהֶם *Et affinitatem contraxeritis cum eis*, *Jos.*23.12. Imper. וְהִתְחַתְּנוּ אֹתָנוּ *Et affinitatem inite nobiscum*, *Genes.*34.9. Futur. וַיִּתְחַתֵּן לְאַחְאָב *Et affinitate junxit se Achabo*, 2.*Par.*18.1.

חֹתֵן *m.* Socer, *respectu generi*, *Exod.*18.1. *Nurus enim sæpe Socerum appellat* חָם, *ut Kimchi vult, etsi apud Rabbinos confundatur*: Aff. לְחֹתְנוֹ *Ad socerum suum*, *Exod.*18.15. Fœm. חֹתֶנֶת Socrus, *uxoris mater*: Aff. עִם־חֹתַנְתּוֹ *Cum socru sua*, *Deut.*27.23.

חָתָן *masc.* Gener, *ratione soceri & socrus*, 1.*Sam.*18.18. Sponsus, *ratione sponsæ*: וּמְשׂוֹשׂ חָתָן עַל־כַּלָּה *Et juxta gaudium sponsi de sponsa*, *Jes.*62.5. Constr. וַחֲתַן הַמֶּלֶךְ *Sponsus regis*, 1.*Sam.*22.v.14. Aff. אֶל־חֲתָנוֹ *Ad generum suum*, *Jud.*19.5. Plurale cum Aff. אֶל־חֲתָנָיו *Ad generos suos*, *Genes.*19.14.

חֲתֻנָּה *f.* Desponsatio, Sponsalia: Aff. בְּיוֹם חֲתֻנָּתוֹ *In die sponsaliorum ejus*, *Cant.*3.11.

חתף Rapuit, *& convenit cum* חָטַף. Fut. הֵן יַחְתֹּף *Si rapuerit*, *Job*.9.12.

חֶתֶף *masc.* Rapina, Præda: כְּחֶתֶף יֶאֱרֹב *Tanquam prædæ insidiatur*, *Prov*.23.28. *id est*, כְּאִישׁ חֶתֶף *Sicut vir prædæ, hoc est, prædator, ut R.Levi explicat.*

חתר Fodit, Effodit, Perfodit, Foramen fecit: *metaphoricè*, Sulcavit, Remigavit: Præterit. חָתַר בַּחֹשֶׁךְ *Perfodit in tenebris*, *Job*.24.16. Imp. חֲתָר־לְךָ *Perfode tibi*, *Ezech*.12.5. Futur. וַיַּחְתְּרוּ *Et foderunt, scil. remis, id est, sulcarunt, remigarunt*, *Jon*.1.13.

מַחְתֶּרֶת *f.* Effossio, *Exod*.22.2.

חתת Fractus, Attritus, Contritus: Territus, Consternatus fuit: Præteritum, חַת *Conteretur Merodach*, *Jerem*.50.2. חַתּוּ *Territi sunt*, 2.*Reg*.19.*v*.26. Particip. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *Arcus fortium fracti sunt*, 1.*Sam*.2.*v*.4. *id est, Potentes fracti sunt & arcus ipsorum, ut Kimchi explicat in Comm. Verbum respondet propiori, non cum* קֶשֶׁת; *nam tunc dicendum fuisset* חַתָּה: *Similem locutionem vide Job*.29.10. Niph. נִחַת הוּא *Contritus fuit*, *Mal*.2.5. Fœmin. וְנִחֲתָה *Et frangitur*, *Psal*.18.35. *absque Dagesch in Thau: Similem formam vide in* סבב *in Niphal.* Futur. יֵחַתּוּ הֵמָּה *Terreantur ipsi*, וְאַל־אֵחַתָּה אָנִי *Et non terrear ego*, *Jer*.17.18. Pih. Præt. וְחִתַּתַּנִי *Et consternas me*, *Job*.7.14. חִתְּתָה קַשְּׁתוֹתָם *Contrivit, scil. Babel arcus ipsorum*, *Jerem*.51.56. *juxta Kimchium in Com. at in lib. Rad. dicit Chirek esse pro Kibbutz, ut sit ex Pyhal pro* חֻתְּתָה *Contritus est quisque arcuum ejus: Simile vide in* פתת *in Pihel.* Hiph. Contrivit, Consternatum reddidit, Exterruit, Terrefecit: Præter. הַחִתֹּתָ *Contrivisti*, *Jesa*.9.4. *& ex forma analoga*, וְהַחִתֹּתִי *Et consternatum*

reddam, Jesa.49.37. ubi Scheva sub Cheth est loco Cateph-pathach. Fut. יְחִיתַן *Terrefaciet eas, Hab.2.17. cum vocali longâ loco Dagesch, pro* יְחִתַּן.

חַת *m.* Terror: לִבְלִי־חָת *Absq; terrore, Job.41.24. id est, intrepidè:* Aff. וְחִתְּכֶם *Et terror vester, Gen.9.2.*

חִתָּה *f.* Idem: Construct. חִתַּת אֱלֹהִים *Terror Dei, Genes.35.5.*

חֲתַת *m.* Consternatio, *Job.6.21.*

חִתִּית *m.* Idem, *Ezech.32.27.* Aff. חִתִּיתוֹ *Terrorem meum, v.32. scribitur cum* ו *sed legitur per* י.

מְחִתָּה *f.* Terror, Consternatio, Contritio: Constr. מְחִתַּת דַּלִּים *Terror tenuium, Prov.10.15.*

חַתְחַתִּים *m.p.* Contritiones, *Eccles.12.5.*

ט

טְאַב *Vide infrà in* טוב.

טאט *Unde geminatâ mediâ radicali in* Pih. טֵאטֵא Everrit: Præter. וְטֵאטֵאתִיהָ *Et everram eam, Jesa.14.23.*

מַטְאֲטֵא *m.* Everriculum, Scopæ, *ibid. Apud Rabbinos* טִיאוּט Everritio, Expurgatio, *quod legitur apud R.Salomonem, Jesa.28. vers.17. Apud Talmudicos:* Nesciebant quid esset וְטֵאטֵאתִיהָ donec audirent famulam quandam Arabicam dicentem sociæ suæ, שְׁקָלִי טֵאטִיתָא וְטָאטִי בֵיתָא Accipe scopas, & scopato domum, *Megilla fol.11.*

טבח Mactavit: Præt. אֲשֶׁר טָבַחְתִּי *Quam mactavi, 1.Sam.25.11.* Part. שׁוֹרְךָ טָבוּחַ *Ubi bos tuus mactatus fuerit, Deuter.28.31. Ab.Esra Prov.9.2. scribit,* טבח *pro diversa punctatione, in lingua Arabica esse* Mactare *vel* Coquere. *Hinc, quæ sequitur, Nominis significatio.*

טַבָּח *masc.* Coquus, 1.*Sam.*9. 23.24. Plural. טַבָּחִים Satellites, *quasi Mactatores hominum dicti, quòd in sontes animadvertere solerent:* שַׂר הַטַּבָּחִים *Principi vel præfecto satellitum, Genes.*37.36. & 40.3. רַב טַבָּחִים *Præfectus satellitum, Jer.*39.9. Chald. רַב טַבָּחַיָּא Præfectum satellitum, Dan.2. v.14. Fœmin. *Heb.* טַבָּחוֹת *Coqua,* 1.*Sam.*8.13.

טֶבַח *m.* Mactatio, animal mactandum, *ut Genes.*43.16. וְטֶבַח גָּדוֹל *Et mactatio magna, Jes.*34.6. Aff. טִבְחָהּ *Mactationem suam, Prov.*9.2. *id est, animalia sua.*

טִבְחָה *f.* Mactatio, *Jer.*12.3. Aff. טִבְחָתִי *Mactationem meam, id est, animalia mactata,* 1.*Sam.*25.11.

מַטְבֵּחַ *f.* Idem, *Jesa.*14.21.

טבל

Tinxit, Intinxit, Demersit, Immersit: Præt. וְטָבַל אֶצְבָּעוֹ *Et intinget digitum suum, Levit.*4.6.17. Partic. Pahul, טְבוּלִים *Intincta, Infecta, Ezech.*23.15. Niph. Præt. נִטְבְּלוּ *Intincti sunt, Jos.*3.15.

טבע

Immersus, Demersus, Submersus, Fixus, Infixus fuit: Præterit. טָבַעְתִּי *Demersus sum, Psalm.*69.3. Futur. וְאַל־אֶטְבָּעָה *Et ne immergar, v.*15. Pyh. טֻבְּעוּ בְיַם *Submersi sunt in mari, Exod.*15. v.4. Hoph. Præter. בְּטֶרֶם הָרִים הָטְבָּעוּ *Antequam montes figerentur, Prov.*8.25.

טַבַּעַת *f.* Annulus, *sic dictus, quòd Digitus vel aliud ei Insigatur:* הַטַּבַּעַת הָאֶחָת *Annulum unum, Exod.*26. 24. בְּטַבַּעַת הַמֶּלֶךְ *Annulo regis, Esth.*3.12. Aff. וַיָּסַר אֶת־טַבַּעְתּוֹ *Et amovit vel detraxit annulum suum, Gen.*41.42. Plural. טַבְּעוֹת וּשְׁתֵּי טַבָּעוֹת *Et duos annulos, Exo.*25.12. Const. טַבְּעוֹת זָהָב *Annulos auri, id est, aureos, ibid.* Aff. וְטַבְּעֹתָם *Et annulos earum, Exod.*36.34.

טבר

טַבּוּר *m.* Umbilicus, *apud Rabbinos frequens: metaphoricè* Editus locus: מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ

Ex edito vel editiore loco terra, Jud.9.37. id præcedente versu dixit, מֵרָאשֵׁי הֶהָרִים *E verticibus montium: vide & Ezech.38.12.*

טֵבֵת *masc.* Tebheth, *nomen mensis decimi, qui lunationi* Decembris *nostri respondet, Esth.* 2.16.

טָהֵר Mundus, Purus fuit: Præterit. וְטָהֵר בָּעֶרֶב *Et mundus erit vespere, Numer.*19.19. טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי *Mundus sum à peccato meo, Prov.*20.9. Pih. טִהַר Mundavit, Purgavit, Purificavit: Præter. וְטִהַר אֹתוֹ *Et mundabit eum, Levit.*13.34. *id est, mundum pronunciabit.* Particip. מְטַהֵר כֶּסֶף *Purgans argentum, Malach.*3.3. Hithp. Præt. הִטַּהֲרוּ הַכֹּהֲנִים *Mundaverant se sacerdotes, Esr.*6.20. *pro* הִתְטַהֲרוּ, *& sic per totam Conjugationem.*

טָהוֹר *m.* Mundus, Purus: Constructum *per Kametz-chatuph in fine, propter ablatum accentum,* וטהר יָדַיִם *Et mundus manibus, Job.*17.9. *ubi perperam quadã exemplaria habent* וְטָהַר. Plural. מַיִם טְהוֹרִים *Aquas mundas, Ezech.*36.25. Fœmin. וטהרה הִוא *Et munda est, Numer.*5.28. Plural. אֲמָרוֹת טְהֹרוֹת *Eloquia munda, Psalm.*12.7.

טֹהַר *m.* Mundicies, Nitor, Purgatio: וּכְעֶצֶם הַשָּׁמַיִם לָטֹהַר *Sicut corpus ipsum cæli nitore, Exod.*24.10. Affix. יְמֵי טָהֳרָהּ *Dies purgationis ejus, Levit.*12.6.

טָהֳרָה *fœm.* Idem; *estq; forma* חָכְמָה. Construct. טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ *Purgationi cujusque rei sanctæ, 1. Paralipom.*23.28. Aff. בְּיוֹם טָהֳרָתוֹ *Die purgationis suæ, Levit.*14.2.

מְטָהַר *f.* Idem. Aff. הִשְׁבַּתָּ מִטְּהָרוֹ *Fecisti cessare nitorem ejus, Psal.*89.45. *pro* מִטְהָרוֹ, *forma* מִשְׁפָּט: *Dagesch euphonicum ut & in* מִקְּדָשׁ *Exod.*15.17. *Regia,* מְטָהָרוֹ.

טוֹב Bonum esse: Præterit. מַה־טֹּבוּ *Quàm bona sunt*, Num.24.5. מַה־טֹּבוּ דֹדַיִךְ מִיַּיִן *Quàm boni sunt amores tui præ vino*, Can.4.10. Infin. בְּטוֹב לֵב הַמֶּלֶךְ *Cùm bonum esset cor regis vino*, *Esther*.1.10. *id est*, *hilare*. Chaldaicè טְאֵב mutato ו in א, quod sæpiùs in his Verbis accidit, ut & בִּישׁ & בְּאֵשׁ Malum esse. Præt. שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי Valdè bonus fuit super eo, Dan.6.23. id est, lætus. Hiph. הֵטִיב Benefecit: Præt. הֵטִיבוֹתָ *Benefecisti*, 1.*Reg*.8.18. וְהֵטִיבֹתִי *Et benefaciam*, *Ezech*.36.11. *quod hinc & à* יָטַב *formam compositam habet*.

טוֹב *m*. Bonus, Elegans, Præstans: טוֹב מִמֶּנּוּ *Elegantior illo*, 1.*Sam*.9.2. כִּי טוֹב הוּא *Quòd elegans esset*, *Exod*.2. *v*.2. *Bonus*, *sc*. *aspectu & formâ*, *ut Ab*. *Esra explicat*. *Usurpatur & substantivè*, Bonum: לְטוֹב לָנוּ *In bonum nobis*, *Deut*.6.24. *id est*, *ut benè sit nobis*: מִטּוֹב עַד־רָע *A' bono ad malum*, *Gen*.31.24. *id est*, *sive bonum sive malum*: Aff. טוֹבָם *Optimus eorum*, *sive*, *inter ipsos*, *Mich*.7.4. Chald. דִּי דְהַב טָב Auri optimi, Dan.2.32. Plur. וּבָתִּים טוֹבִים *Et domos bonas*, *Deut*.8.12. Constr. שְׂמֵחִים וְטוֹבֵי לֵב *Læti & boni animo*, 1.*Reg*.8.66. *id est*, *gaudentes animisq́ læti*: וְטוֹבֵי מַרְאֶה *Et elegantes aspectu*, *Dan*.1.4. Fœm. טוֹבָה Bona: *& substantivè*, Bonum, Bonitas: אֶל־אֶרֶץ טוֹבָה *In terram bonā*, *Exod*.3.8. חֲשָׁבָהּ לְטוֹבָה *Cogitavit illud in bonum*, *Gen*.50.20. Constr. טוֹבַת מַרְאֶה *Pulchra aspectu*, 2.*Sam*.11.2. Aff. שְׁנַת טוֹבָתֶךָ *Annum bonitatis tuæ*, *Ps*.65. *v*.12. Plural. טוֹבוֹת מַרְאֶה *Pulchræ & elegantes aspectu*, *Esth*.2.2. Aff. גַּם טוֹבֹתָיו *Etiam bona ejus*, *id est*, *benefacta ejus prædicabant coram me*, *Neh*.6.19.

טוּב *m*. Bonitas, Bonum: טוּב הָאָרֶץ *Bonū terræ*, *Jes*.1.19. בְּשִׂמְחָה וּבְטוּב לֵבָב *In lætitia & in bonitate cordis*, *Deut*.28. *v*.47. *i*.*e*. *læto & hilari animo*: Aff. מַה־טּוּבוֹ וּמַה יָפְיוֹ *Quanta bonitas ejus*, *& quanta pulchritudo ejus*, *Zach*.9.17.

טוה Nevit: Præt. טווּ אֶת־הָעִזִּים *Neverunt capras, id est, lanam caprinam, Exod.35.26.*

מַטְוֶה *m.* Netum, *v.25.* טְוָת *Vide infra suo loco.*

טוח Levit, Oblevit, Induxit, Obduxit: *Cæmentariorum Verbum:* Præterit. כִּי טַח *Quia obduxit oculos eorum, ne videant, Jes.44.18. in Pathach, cui simile in* בוז, *vide illic.* וְטַח אֶת־הַבַּיִת *Et obducet domum istam, Lev.14.42.* Infinit. לָטוּחַ קִירוֹת *Ad obducendum parietes, 2.Paral.29.4.* Niph. Infinit. אַחֲרֵי הִטּוֹחַ אֶת־הַבַּיִת *Posteaquam inducta fuerit domus ista, Lev.14.48.*

טִיחַ *m.* Tectorium: הַטִּיחַ אֲשֶׁר טַחְתֶּם *Tectorium illud quod obduxistis, Ezech.13.12.*

טֻחוֹת *f. p.* Præcordia: Renes, *sic dicti, quòd adipe sunt Obducti velut Tectorio:* מִי־שָׁת בַּטֻּחוֹת *Quis posuit in præcordiis vel renibus sapientiam, Job.38.36.*

טול Hiph. הֵטִיל Jecit, Dejecit, Ejecit, Injecit, Projecit: Præt. הֵטִיל רוּחַ גְּדוֹלָה *Injecit ventū magnum, Jonæ 1.4.* וְהֵטַלְתִּי אֹתְךָ *Et ejiciam te, Jer.22. v.26.* Imper. וַהֲטִילֻנִי *Et projicite me in mare, Jon.1.12.* Hoph. Præter. מַדּוּעַ הוּטְלוּ *Cur ejecti sunt, Jer.22.28.* Futur. יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל *Projicitur sors, Prov.16.33.* Pih. *ex geminatis literis,* טִלְטֵל Transtulit, Deportavit, Migrare, Vagari fecit. Part. מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר *Deportabit te deportatione viri, id est, virili, forti, vehementi, Jes.22.17.* טלטול אחר טלטול *Migratione unâ post alteram, ut Hebræi exponunt: vide etiam* טלל.

טור *m.* Ordo, Series: הַטּוּר הָאֶחָד *Ordo primus, Exod.28.17.* Plur. אַרְבָּעָה טוּרִים *Quatuor ordines, Ibid.* Constr. טוּרֵי *1.Reg.7.2.*

טִירוֹת *f. p.* Idem: מִתַּחַת הַטִּירוֹת *Sub ipsis ordinibus, Ezech.46.23. Vide & infra* טיר.

טור *m.* Chald. *Mons:* לְטוּר רַב In montem magnum, Dan.2.35. מִטּוּרָא De monte, v.45.

טוש Volavit, Avolavit, Involavit: כְּנֶשֶׁר יָטוּשׂ *Ut aquila involat, Job.9.26. Chaldæum est, ubi per* ס *scribitur:* עוֹף דָּטֵיס *Avis volans, Genes.1.* אֱטוּס וְאֶשְׁרֵי *Avolarem & habitarem, Psal.55.7.*

טות Chald. *Jejunus, Incænatus:* וּבָת טְוָת Et pernoctavit incænatus, Dan.6.18. *Eodem sensu apud Talmudicos legitur;* לא הוה לן חמרא אייתינא ליה שיכרא ולא אבדיל ובת טוות: Non erat nobis vinum: attulimus ipsi cerevisiam, & non separavit, ideoque dormivit incænatus: *Pesach.fol.*107.1. *Vino consecrato solent Judæi sabbathum exiens separare à die communi septimanæ, gratias Deo agentes, quòd concesserit sabbathum ipsis celebrare. Cùm Rabbi iste, consecrationem instituturus, vino careret, & cerevisia esset inepta ad talem usum sacrum, maluit omittere consecrationem, & dormire incænatus. Nam ante consecrationem illam & separationem sabbathi à septimana, non est licitum ipsis cœnare. Arabicè etiam hunc usum habere, Ab.Esra annotat.*

טחה Pih. Jaculari. Part. Plur. Constr. כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת *Uti jaculantes arcu, Gen.*21.16. *id est, Quantum est jactus teli vel sagittæ: &* ו *est loco tertiæ radicalis* ה, *ut & in aliis pluribus fit.*

טחן Moluit, Commoluit: Præter. וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם *Et molebant molis, Num.*11.8. Infinit. טָחוֹן הֵיטֵב *Molendo benè, Deut.*9.21. Imper. וְטַחֲנִי קָמַח *Et mole farinam, Jesa.*47.2.

טַחֲנָה *f.* Molitio, *Eccles.*12.4.

טֹחֲנוֹת *f.p.* Molitrices, Molares dentes, *vers.*3.

טחר טְחֹרִים *m.pl.* Mariscæ, Hæmorrhoides, *morbus ani:* Constr. טְחֹרֵי הַזָּהָב *Mariscæ aureæ,*

reæ, 1.*Sam.*6.17. *id est*, *Imagines aureæ mariſcarum* : Affix. טְחֹרֵיהֶם *Mariſcarum ſuarum*, *verſ*.11. *In eum ſenſum apud Davidem*, וַיַּךְ צָרָיו אָחוֹר *Et percuſſit hoſtes ſuos retro*, *Pſalm*.78.66. *id eſt*, *juxta Chaldæum paraphraſten*, בְּטְחַרַיָּא בַּאֲחֹרֵיהוֹן *Mariſcis in poſterioribus ipſorum*, *ſive occultis corporis partibus*. *Hæc vox*, *quaſi pronunciatu honeſtior*, *ſubſtituta eſt legenda à Maſorethis pro voce* עֳפָלִים : *vide* עפל.
נשא Hiph. הִשִּׁיא Decepit, Seduxit: *Construitur cum Dativo & Accus.* Præter. הִשִּׁיא אֹתָךְ *Seduxit te, Jer.*49.16. הַנָּחָשׁ הִשִּׁיאַנִי *Serpens ille seduxit me, Gen.*3.13. Infin. הַשֵּׁא הִשֵּׁאתָ לָעָם הַזֶּה *Seducendo seduxisti populum hunc, Jer.*4.10. Futur. אַל יַשִּׁיא לָכֶם *Ne seducat vos, 2.Reg.*18.29. יַשִּׁיא *Psal.*89.23. *vide in* נָשָׁה. Niph. Præter. נִשְּׁאוּ *Decipientur, Jesa.*19.13.

מַשָּׁאוֹן m. Deceptio, *Prov.*26.26.

משואות *Vide in* שָׁאָה.

נשב Perflavit, Sufflavit: Præter. נָשְׁבָה בּוֹ *Perflat in eum, Jesa.*40.7. Hiph. Futur. יַשֵּׁב רוּחוֹ *Efflat ventum suum, Psal.*147.18. וַיַּשֵּׁב אֹתָם *Et difflavit eos, Genes.*15.11. *id est, flatu abegit.*

נשג Hiph. הִשִּׂיג Attigit, Assecutus, Consecutus est: Attingere fecit, Admovit: Præter. וְהִשִּׂיג *Et attinget, Lev.*26.5. Partic. מַשִּׂיג יָדוֹ *Attingere faciens, Admovens manum suam, 1.Sam.*14.26. Futur. יַשִּׂיגוּ *Assequentur, Jesa.*35.10. *quod etiam vide in* נסג.

שִׂיג m. Insectatio, *1.Reg.*18.27.

נשה Oblitus fuit: Mutuavit, Mutuum vel Mutuo dedit, Fœneravit aut Fœnore ac-

cepit, Exegit creditum vel mutuum, *quâ significatione ferè cum* ב *construitur:* Præter. נָשִׁיתִי טוֹבָה *Oblitus sum boni, Thren.3.17.* לֹא נָשִׁיתִי וְלֹא־נָשׁוּ־בִי *Non mutuum dedi, neq; mutuo dederunt mihi, Jerem.15.10.* נָשְׁתָה *vide in* נָשָׁה. Particip. præsens, נֹשֶׁא Mutuans, Creditor; Exactor crediti: אֲשֶׁר לוֹ נֹשֵׁא *Cui erat exactor, creditor, 1.Sam.22.2. cum* א *loco* ה. *Sic,* כַּנֹּשֶׁה כַּאֲשֶׁר נֹשֵׁא בוֹ *Ut fœnore accipiens, sic fœnerans ipsi, Jesa.24.2.* Plural. נֹשִׁאים *Exigitis, Nehem.5.7. cum* א *redundante:* נֹשִׁים בָּהֶם *Exactores egimus, vel, Mutuò dedimus, Neh.5.10.* Cum Aff. מִנּשַׁי *Ex creditoribus meis, Jes.50.1.* Infinit. נָשִׁיתִי אֶתְכֶם נָשֹׁא *Oblitus sum vestri obliviscendo, Jer.23, v.39.* Futur. תֶּשִׁי *Oblitus es, Deut.32.18. irregulariter pro* תֶּשֶׁה, *cui non dissimile vide in* מָחָה. Niph. Fut. תִנָּשֵׁנִי *Oblivisceris mei: vel passivè; Oblivioni traderis à me, Jesa. 44.21. ut Kimchi explicat, quasi* תִּנָּשֶׁה מִמֶּנִּי. Pih. Præt. נַשַּׁנִי *Oblivisci facit me, Gen.41.51. cum Pathach ab initio loco Chirek.* Hiph. Præter. הִשָּׁהּ *Oblivisci fecit eam, Destituit eam, Job.39. v.20.* Particip. constructum loco Nominis, מַשֵּׁה יָדוֹ *Mutuum, Creditum manus suæ, Deut. 15.2.* Futur. יַשֶּׁה לְךָ *Mutuat tibi Deus, Job.11. 6. id est, Mutuando differt, nec rigidè pœnam exigit, aut, Obliviscetur tibi, sensu eodem:* נַשִּׁיא *Exactorem aget, Psal.89.23. cum* א *loco* ה: *Unde per Apocopam,* יַשִּׁי *Exactorem aget, Psal.55.16.* תַשֶּׁא *Mutuaveris, Deut.24.10.*

נָשֶׁה m. Mutuatus, Luxatus: גִּיד הַנָּשֶׁה *Nervum mutuatum, Genes.32. v.32. quem acetabulum ossis sacri transmittit in coxam, tanquam si Mutuo illi concederet; vel Nervum luxatum, qui luxatus obtorpuerat, quasi loci sui Oblitus fuisset; vide R.Salom. Est sicut* בָּלָה *Attritus, & similia.*

מַשָּׁא m. Debitum, Mutuum, *Nehem.5.7. ubi quadam exempla-*

exemplaria habent מַשָּׁא Onus, *quod eodem redit, & sit quoq; v.10.* וּמַשָּׁא *Et debitum, mutuum, sive jus repetendi mutuum,* Nehem.10.31. *cum* א *loco* ה: Fœmin. Constr. מַשַּׁאת מְאוּמָה *Mutuum rei alicujus, Deut.*24.10. Plural. מַשָּׁאוֹת *Debita, Prov.*22.26.

נְשִׁי *m.* Idem: נִשְׁיֵכִי *Debitum tuum,* 2.*Reg.*4.7. *pro* נִשְׁיֵךְ *juxta Masorethas. Sic mox ibidem sequitur,* בָּנַיְכִי *pro* בָּנַיִךְ. *Et scriptura indicat formam Chaldaicam.*

נְשִׁיָּה *f.* Oblivio, *Psal.*88.13.

נָשִׁים *f.p.* Fœminæ, Mulieres, Uxores, *quasi Obliviosa dicta, quòd minus memoriâ valeant quàm mares, aut quòd in illis oblivioni detur & exstinguatur paterna familia, sicut è contrario Mas à Memoria dicitur* זָכָר, *quòd majori memoriâ & judicio polleat quàm mulier, & quòd in eo conservetur memoria patris & paternæ familia, ut est in* זָכָר. *Quidam deducunt ab* אֲנָשִׁים *per Aphæresin, quòd mulieris caput sit vir,* Quandoq; sexum muliebrem denotat, *ut Numer.*31.18. Transfertur & ad majores urbes, *Jesa.*32.9. *quomodo minora oppida* Filiæ *nominantur, ut est in* בָּנָה: Constr. נְשֵׁי *Uxores, Gen.*4.23. Aff. נָשֶׁיךָ *Uxores tuæ,* 2.*Sam.*11.12. נְשֵׁיהֶם *Uxores eorum, Genes.*34.29. Chald. וּנְשֵׁיהוֹן Et uxores eorum, Dan.6.25.

מְנַשֶּׁה Menasse, *Regis nomen, qui sic dictus,* שנשה יה *quòd oblitus fuerit Dei,* ושהנשה *& quòd oblivisci fecerit populum Israëlem patris sui cœlestis, scribunt Talmudici in Sanhedrin cap.*11. *fol.*112.2.

נָשַׁךְ Momordit, *& sæpiùs de morsu serpentum dicitur: Metaphoricè est,* Fœnerare, In usuram dare; *nam Usura serpentum more mordet:* Præteritum. אִם־נָשַׁךְ הַנָּחָשׁ *Si momordisset serpens, Numer.*21. *v.*9. Futur. אֲשֶׁר יִשָּׁךְ *Quam in usuram aliquis dat, Quæ in usuram*

usuram datur aut dari solet, *Deut.*23.19. Pih. Præterit. וְנִשְּׁכוּ *Et mordebunt*, *Jer.*8.17. Futur. וַיְנַשְּׁכוּ *Et momorderunt*, *Num.*21.6. Hiph. Futur. אַל תַּשִּׁיךְ *Ne in usuram dato*, *Deut.*23.19.20.

נֶשֶׁךְ *m.* Fœnus, Usura, *à Mordendo*, *Exod.*22.25. בְּנֶשֶׁךְ *In usuram*, *Psal.*15:5. *R. Bechai in Comment. in Legem*, *fol.*113. *col.*4. *scribit*, לשון נשך שנושך כנחש ואינו מרגיש Vocabulum *Neschech* sic dicitur, quia mordet sicut serpens, & non sentitur. *Creditor mordet*, *cùm exigit quod non dedit*: *Debitor mordetur*, *cùm reddit*, *quod non accepit*: *Talmudici in Bava metzia*, *cap.*5. *in principio*, *de immodica usura hoc nomen dici volunt*: *tolerabilis vocatur* רִבִּית *&* תַּרְבִּית *à* רָבָה.

נִשְׁכָּה *f.* Cella, Cubiculum, *Neh.*13.7. Aff. נִשְׁכָּתוֹ *Cubiculi sui*, *Neh.*3.30. Plural. נְשָׁכוֹת *Nehem.*12.14. *Est idem cum* לִשְׁכָּה *commutatis* ל *&* נ.

נשל Decussit, Dejecit, Ejecit, Extraxit: *Construitur cum Præpositione* מִן: Præterit. וְנִשַּׁל גּוֹיִם *Et ejecerit gentes*, *Deuter.*7.1. וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל *Et dejecerit ferrum*, *Deut.*19.5. Imp. שַׁל נְעָלֶיךָ *Extrahe calceos tuos*, *Exod.*3.v.5. Futur. כִּי יִשַּׁל *Quum dejiciet*, *scil. oleas oliva tua*, *Deut.*28.40. Et irregulariter, יֵשֶׁל *Decutit vel Excutit Dominus animam ejus*, *pro* יְנַשֵּׁל, *Job.*27.8. Pih. Futur. וַיְנַשֵּׁל *Et ejecerat*, *excusserat Judæos*, 2.*Reg.*16.6.

נשם נְשָׁמָה Anima, *sed humana tantùm*, *Aben Esra Eccl.*3.21. *&* 7.5. *ali.*4. *Et latiùs*, Halitus, Flatus, Afflatus, Respiratio: Constr. נִשְׁמַת חַיִּים *Halitũ vitæ*, *Gen.*2.7. וְנִשְׁמַת מִי *Et anima ejus*, *Job.*26.4. מִנִּשְׁמַת אֵל *A flatu Dei*, *Job.*37.10.11. Aff. וְנִשְׁמָתוֹ *Et animam ejus*, *Job.*34.14. וְנִשְׁמָתִי *Et anima mea*, *Job.*27.3. Plural. וּנְשָׁמוֹת *Et animas*, *Jesa.*57.16. Chald. נִשְׁמְתָךְ Anima tua, Dan.5.23. *Hebræi per* נשמה *intelligunt animam*

Animam rationalem & immortalem, unde & per hanç jurare solent. De triplici Animæ distinctione vide Aben Esram, Eccles.7.5.

תִּנְשֶׁמֶת *f.* Monedula, *juxta quosdam, Levit.11.18. Inter aves immundas numeratur. R.Salom.* Vespertilionem *esse vult. Item* Talpa, *vel juxta alios*, Glis, *Levit.11.30.*

נשף Flavit, Sufflavit: Præterit. נשף בהם *Sufflat in eos, Jesa.40.24.* נָשַׁפְתָּ בְרוּחֲךָ *Flavisti vento tuo, Exod.15.10.*

נֶשֶׁף *masc.* Obscuritas, Tenebræ, Crepusculum; *ab aurâ leni dictum, quæ tum Flare solet:* אֵת־נֶשֶׁף חִשְׁקִי *Crepusculum desiderii mei, Jesa.21.4. id est, desideratissimum:* עֲדֵי־נָשֶׁף *Ad crepusculum matutinum, Job.7.4.* Et latiùs, עַל־הָרֵי נָשֶׁף *Super montes crepusculi, Jerem.13.16. id est,* חשך *Tenebrarum, intempestæ noctis, juxta Hebræos communiter.*

אַשָּׁפִים *m.p.* Astrologi, *Dan.2.2. sic dicti, quòd crepusculi tempore cœlum observarent; ut quibusdam placet: Vide hîc Aben Esram.*

יַנְשׁוּף *m.* Noctua, *Levit.11.17.* Et in Cholem, וְיַנְשׁוֹף *Et noctua, Jesa.34.11.*

נשק Osculatus, Deosculatus est: *Construitur cum Dativo.* Præterit. נָשַׁק לוֹ *Osculatus est eum, 1.Reg.18.19. q.d. Osculum præbuit ipsi, &c.* Pih. Infinit. לְנַשֵּׁק לְבָנַי *Osculari filios meos, Gen.31.28.* Imper. נַשְּׁקוּ־בַר *Osculamini filium, Psal.2.12. juxta Ab.Esram & Kasvenaki. R.Sal. & Chaldæus aliò declinant.* Futur. וַיְנַשֵּׁק לְבָנָיו *Et osculatus est filios suos, Gen.31.55.* Hiph. Partic. fœm. Plural. מַשִּׁיקוֹת *Osculantes; Metaphoricè, pro Contingentes, Complectentes, Ezech.3.13.*

נְשִׁיקוֹת *m.p.* Oscula, *Prov.27.6.*

נֶשֶׁק נֵשֶׁק *m.* Armatura, Arma, Armamentarium: אֶל־

נֶשֶׁק *Ad arma, Jesa.*22.8. הַנֶּשֶׁק *Armamentarii, Neh.*3.19.
נוֹשֵׁק *m.* Armatus. Plural. Conſtr. נֹשְׁקֵי *Armati*, *Pſal.* 78.9. *Idem* 1.*Par.*12.2.

נשק Hiph. הִשִּׂיק Accendere, Incendere: Præter. וְהִשִּׂיקוּ בְּנֶשֶׁק *Et incendent arma*, *Ezech.*39.9. Futur. אַף־יַשִּׂיק *Etiam accendet*, *Jeſ.*44.15. Niph. Præterit. וְאֵשׁ נִשְּׂקָה *Et ignis ſuccenſus fuerat*, *Pſal.*78.21.

נשר *maſc.* Aquila, *Ezech.*1.10. כְּנֶשֶׁר *Sicut aquila*, *Habac.*1.18. Plural. נְשָׁרִים *Aquilæ*, *Exod.*19.4. Conſtruct. מִנִּשְׁרֵי שָׁמַיִם *Præ aquilis cœli*, *Thren.*4.19. Chald. דִּי נְשַׁר Aquilæ, Dan.7.4. Plural. כְּנִשְׁרִין Sicut aquilæ, Dan.4.30. *Bechai Geneſ.*2. *deducit à Chaldæo* נְשַׁר Cadere, Decidere. *Nam quoque decennio ad elementum ignis uſque evolans, aduritur & decidit in mare, & tunc renovatur vita ejus: Unde illud: Renovatur, ut aquilæ, juventus tua*, *Pſal.*103.5. *Tandem anno centeſimo decidens moritur. Hinc Cabaliſtæ ajunt*, נשר *notativum eſſe vocum* נְפִילָה אֵשׁ רוּחַ *id eſt*, Caſus. Ignis, Aër. *Hæc ſunt commenta Rabbinica: Alii à* שׁוּר *Intuendo, quia rectà ſolem intuetur.*

נשר מַשּׂוֹר Serra, *Jeſa.*10.15. *Hinc Verbum in* Hiph. *pro* Serrare: Futur. וַיָּשַׂר *Diſſecuit ſerrâ*, 1.*Par.* 20.3. *pro* וַיָּשַׂר *cui ſimile vide in* נָוַד.

* נָשַׁשׁ *Unde* נְשָׁנִי *quod vide ſuprà in* נשה.

נשת Periit, Defecit: Præter. נָשְׁתָה גְבוּרָתָם *Periit robur eorum*, *Jer.*51.30. *juxta Kimchium*: *Quidam*, Oblivioni traditur, *à* נָשָׁה *deducentes*: מִצָּמָא נָשָׁתָּה *Siti deficit*, *Jeſ.*41.17. *& eſt cum Dageſch euphonico*: *Hebræi*, *Exſiccabuntur*: Niph. וְנִשְּׁתוּ מַיִם *Et deficient aquæ*, *Jeſa.*19.5. *Quidam activè*, Deperdent, *quaſi ſit ex Pihel*: *Hebræi*, *Exſiccabuntur*.

נִשְׁתְּוָן *m.* Chald. *Diploma, Decretū, Epiſtola*: וּכְתָב הַנִּשְׁתְּוָן

Et ſcriptura diplomatis, Eſr.4.7. נִשְׁתְּוָנָא Decretum vel Epiſtola, Eſr.4.18.

נתב נָתִיב *m.* Semita, *Via arcta, Job.*18.10. Conſtr. בִּנְתִיב מִצְוֺתֶיךָ *Per ſemitam præceptorum tuorum, Pſ.*119.35. Aff. נְתִיבָה *Semita ejus, Prov.*12.28. *deficiente Mappik, juxta Hebræos.* Fœmin. נְתִיבָה *Jeſa.*43.16. Aff. נְתִיבָתִי *Semitam meam, Pſal.*142.4. Plural. נְתִיבוֹת *Semitæ, Prov.*8.20. Aff. בִּנְתִיבוֹתָיו *In ſemitas ejus, Job.*24.13.

נתח Pih. Diviſit, *in fruſta ſcil. vel membratim:* Præt. נִתַּח לִנְתָחָיו *Diviſit in membra ſua, Levit.*8.20. Futur. וָאֲנַתְּחֶהָ *Et membratim diviſi eam, Judic.*20.6. וַיְנַתַּח *Et fruſtatim diviſit,* 1.*Reg.*18.13.

נֵתַח *maſc.* Fruſtum, Membrum, *Ezech.*24.4. Plural. נְתָחִים *Membra, Jud.*19.20. Aff. נְתָחֶיהָ *Membra ejus, Ezech.*24.4.

נתך Fuſus, Effuſus fuit: Futur. תִּתַּךְ חֲמָתִי *Effundetur excandeſcentia mea,* 2.*Paral.*12.7. וַיִּתְּכוּ *Et effunduntur, Job.*3.24. Niph. Præter. לֹא נִתַּךְ *Non eſt effuſa, Exod.*9.33. וְנִתַּכְתֶּם *Ut fundamini, Ezech.*22.21. נִתְּכָה *Effuſa eſt, Nah.*1.6. Partic. fœmin. נִתֶּכֶת *Effuſa eſt, Jer.*7.20. Hiph. הִתִּיךְ Fudit, Conflavit. Præt. וְהִתַּכְתִּי *Et fundam, Ezech.*22.20. הִתִּיכוּ *Fuderunt,* 2.*Reg.*22.9. Infinit. לְהַנְתִּיךְ *Ad fundendum, Ezech.*22.v.20. Hoph. Futur. תֻּתְּכוּ *Fundemini, Ezech.*22.22.

הִתּוּךְ *m.* Fuſio, *Ibid.*

נתן Dedit, Reddidit, Tradidit, Suppeditavit, Præſtitit, Applicuit, Collocavit, Conſtituit, Poſuit, Appoſuit, Diſpoſuit, Expoſuit, Præpoſuit, Locavit, Elocavit; Sivit, Permiſit. Præteritum per Aphæreſin, תַּתָּה *Dediſti, Expoſuiſti,* 2.*Sam.*22.41. *pro* נָתַתָּה. Infin. anomalus, תְּנָה *Ponere, pro, Ponis ſive Exponis, Pſ.*8.2. *cui ſimile,* מְרָדָה *A deſcendere ſeu deſcendendo, Geneſ.*

Genes.46.3. à ירד. Chald. Fut. ינתנון Dabunt, Efr.4.13. תנתן Trades, Efr.7.20. יתננה Tradet illud, Dan.4.14. Infinit. למנתן Ad tradendum, Efræ 7.20. Niph. יתן Dari, Concedi, Tradi, Reddi; Poni, Disponi, &c. Præter. נתן לה *Datur ei, Lev.*19.20. נתנו *Dispofita sunt, Ezech.*32.23. Hoph. Futur. וכי יתן מים *Sed si imponatur aqua, Lev.*11.38. ויתן *Ut positum esset, 2.Sam.*18.9.

מתן *m.* Donum, *quasi Datum dicas, Proverb.*19.6. Aff. מתנם *Donum eorum, Num.*18.11.

מתנה *f.* Idem, *Num.*18.6. Constr. כמתנת ידו *Secundum donum manus suæ, Deut.*16.17. Plural. מתנות *Dona, Gen.*25.6. Constr. מתנות *Exod.*28.38. Aff. במתנותם *Cum donis ipsorum, Ezech.*20.26. Chald. Plural. מתנן Dona, Dan.2.48. Aff. מתנתך Dona tua, Dan.5.17.

מתת *f.* Idem, 1.*Reg.*13.7. Constr. מתת אלהים *Donum Dei, Ecclef.*3.13.

נתינים Nethinæi, *servi publici erant, publicis angariis obeundis in domo Dei pro toto cœtu Dediti, quasi Deditii dicti: primùm quidem Gibeonitæ fuerunt à Jehofua ordinati, Jof.*9.21. *postmodum à Davide ad ministerium Levitarum dediti, Efr.*8.20. *Vide Kimchi* 2.*Sam.*21.1. & *Jof.*9. *v.*2. & *Aben Efram Efr.*2.43. Chald. נתיניא Nethinæi, Efræ 7.24.

נתס

Diruit, Destruxit: Præterit. נתסו נתיבתי *Destruunt semitam meam, Job.*30.13. *Convenit cum sequenti verbo.*

נתץ

Diruit, Destruxit, Demolitus est: Præterit. נתץ את מזבח *Diruit altare, Jud.*6.*v.*31. נתצו *Destruxerunt, 2.Reg.*25.10. Niph. Præter. נתצו *Destructa sunt urbes ejus, Jerem.*4.26. Pih. Præter. נתץ *Destruxit, 2.Paral.*33.3. ונתצו *Et destruent, Ezech.*16.39. ונתצתם *Et diruetis, Deut.*12.3. Futur. ויתץ *Et destruxit, 2.Par.*34.7.

ויתצו

xit, 2.*Par*.34.7. וַיְנַתְּצוּ *Et destruxerunt*, 2.*Par*.31.1. Pyh. Præter. נֻתַּץ *Destructum est*, *Jud*.6.8. Hoph. Futur. יֻתָּץ *Destruetur*, *Lev*.11.35.

נָתַק Avulsit, Evulsit, Divulsit, Abrupit, Disrupit: Præter. וּנְתַקְּנֻהוּ *Ut avellamus eum*, *Jud*.20. *v*.32. *cum Dagesch euphonico*. Particip. Præter. וְנָתוּק *Et avulsum*, *Lev*.22.24. Fut. אֶתְּקֶנְךָּ *Evellam te*, *Jer*.22.24. *cum Epenthesi* נ. Niph. Præter. נִתַּק *Avelletur*, *Jesa*.5. *v*.27. נִתְּקוּ *Avellebantur*, *Jos*.4.18. Futur. יִנָּתֵק *Avelletur*, *Job*.18.14. *Abrumpetur*, *Eccles*.4.12. יִנָּתְקוּ *Disrumpentur*, *Jesa*.33.20. Pih. Præter. נִתַּקְתִּי *Disruperam*, *Jer*.2.20. נִתְּקוּ *Disruperunt*, *Jer*.5.5. Futur. אֲנַתֵּק *Disrumpam*, *Jer*. 30.8. Hiph. Infinit. עַד־הַתִּיקֵנוּ אוֹתָם *Donec avelleremus eos*, *Jos*.8.6. Imper. הַתִּקֵם *Evelle eos*, *Jer*.12.3. Hoph. Præter. הָנְתְּקוּ *Avellebantur*, *Jud*.20.31.

נֶתֶק *m*. Porrigo, *Levit*.13.30. *sic dicta*, *quòd sit capillorum Evulsio*: וְלַנֶּתֶק *Et porriginis*, *Levit*.14.54.

אַתִּיק *m*. Peristylium, *quasi locus ab alio Avulsus & separatus*, *Ezech*.42.3. Plur. אַתִּיקִים *Peristylia*, *v*.5. וְאַתּוּקֶיהָא *Et peristylia ejus*, *Ezech*.42.15. *cum* ו *loco* י *&* א *redundante in fine*.

נָתַר Saliit, Subsiliit: Futur. וְיִתַּר מִמְּקוֹמוֹ *Et subsiliet de loco suo*, *Job*.37.1. Pih. Infinit. לְנַתֵּר *Ad saliendum*, *Levit*.11.21. Hiph. הִתִּיר Solvit, Expeditum reddidit, Exsilire fecit. Partic. מַתִּיר אֲסוּרִים *Solvit*, *expeditos reddit vinctos*, *Psal*.146.7. Infinit. הַתֵּר *Solvendo*, *Jesa*.58.6. Futur. יַתֵּר *Solvat*, *Job*.6.9.

נֶתֶר *m*. Nitrum: *Prov*.25.10. *sic dictum*, *quòd abluit & Solvit sordes*: בַּנֶּתֶר *Nitro*, *Jer*.2.22.

נְתַר Chald. *Fluxit*, *Defluxit*; *Decidit ut marcidum*. Imperat. Hiph. אַתַּרוּ עָפְיֵהּ Defluere facite, Dejicite folia ejus, Dan.4.11.

נתשׁ Evulsit, Exstirpavit, Convulsit: Præterit. וְנָתַשׁ Et evellit Jisraëlem, 1.Reg.14.v.15. וְעָרִים נָתַשְׁתָּ Et urbes exstirpasti, Psalm.9.7. Niph. Futurum, לֹא יִנָּתֵשׁ Non exstirpabitur, Jerem.31.v.40. יִנָּתְשׁוּ Deserentur, Jerem.18.14. & ita à נָטַשׁ esse potest, Thau pro Teth posito. Hoph. Futurum, וַתֻּתַּשׁ Et evulsa fuit, Ezech.19.12.

ס

סאה f. Seah, σάτον, Satum, mensura aridorum, tricesima pars Cori sive Chomeris, tertia Ephæ: & continuit sex Cabos: vide קבב. Construct. סְאָה סֹלֶת Satum simila, 2.Reg.7.1. sic v.18. juxta Veneta magna: at alia exemplaria ferè habent וְסָאָה cum Chateph-kametz, & sic adducit Kimchi in libro Radicum: Duale, סָאתַיִם Duo sata, 1.Reg.18.32. Plural. שָׁלֹשׁ סְאִים Tria sata, Genes.18.6.

סַאסְאָה f. Mensura: בְּסַאסְּאָה In mensura, id est, moderatè, Jesa.27.8.

סָאַן Conflixit: Particip. præsens, סְאוֹן סֹאֵן Conflictatio confligentis, Jesa.9.5, ubi & Nomen est, nec alibi occurrit.

סבא Ingurgitavit se, Mero se obruit: Partic. loco Nominis, סֹבֵא Ebriosus, Potator: Deut.21.20. Plural. Constr. בְּסֹבְאֵי יַיִן Inter ebriosos vino, Prov.23.20. Particip. præter. סְבוּאִים Mero obruti, Inebriati, Nah.1.10. Infin. וּכְסָבְאָם Et secundum ingurgitare ipsorum, ibid. Futur. וְנִסְבְּאָה Et ingurgitabimus nos, Jesa.56.12.

סֹבֶא m. Merum: Vinum: Aff. סָר סָבְאָם Recessit merum eorum, Hos.4.18. סָבְאֵךְ Merum tuum, Jes.1.22.

סובאים

סֹבָאִים *m.p.* Ebriosi, *juxta quosdam*, *Ezech*.23.42. *& scribitur cum* ו *quasi* סובאים *Ebriosi*, *sed legitur* סָבָאִים, *quod Hebræi volunt esse proprium Nomen*, Sabæi, *qui aliâs dicuntur* סְבָאִים *Jesa*.45.14.

סָבַב Circuivit, Circumivit, Ambivit, Circumdedit, Vertit se, Divertit: *Item*, Causam præbuit, In causa fuit: Præterit. וְסָבַב אֹתָהּ *Circumdedit eam*, *Eccles*.9.14. סַבֹּתִי *In causa fui*, 1.*Sam*.22.22. *&c.* Niph נָסַב Vertit, Convertit se, Conversus, Reversus fuit: Divertit, Deflexit, Circumdedit, Obsedit, Circumstetit, Circumvenit: Circumactus, Circumvolutus, Devolutus fuit, &c. Præter. irregulare, וְנָסַבָּה *Et ambiebatur*, *vel*, *Vertebat se*, *Ezech*.41.7. *pro* וְנָסַבָּה. *Simile vide in* בָּקַק. Pih. Infin. סַבֵּב *Circumducere*, 2.*Sam*.14.20. Fut. וַאֲסֹבְבָה *Et circumeo*, *Psal*.26.6. יְסֹבְבֶנּוּ *Circumdat eum*, *Psalm*.32.10. תְּסוֹבֵב *Circumdat*, *Ambit*, *Jerem*.31.22. תְּסוֹבְבֵנִי *Circumdato me*, *Psal*.32.7. Hiph. הֵסֵב Circumvertit, Evertit, Avertit, Amovit, Convertit, Divertit, Divertere fecit vel jussit, Circumduxit, Circumdedit: Præt. הֵסֵב *Divertere jusserat*, 1.*Par*.13.13. *&c.* Hoph. Partic. Constr. sive Nomen, מוּסַב הַבַּיִת *Ambitus domus*, *Ezech*.41.7. Plural. מוּסַבּוֹת דְּלָתוֹת *Versatiles valvæ*, *v*.24. מוּסַבּוֹת שֵׁם *Versis nomine*, *Numer*.32.38. *id est*, *Mutatis nominibus*: מֻסַבֹּת מִשְׁבְּצוֹת *Circumclusos fundis*, *Exod*.28.11. Fut. יוּסַב *Circumagetur*, *Versabitur*, *Jesa*.28.27. *cum Dagesch euphonico*.

סָבִיב *masc.* Circuitus, Ambitus: *Sæpiùs adverbiascit*, *& geminari solet*, *pro*, Circumquaque: *aut fit Præpositio*, Circum, Circa: Construct. וּסְבִיב הָאָרֶץ *Et circuitus terræ*, *vel*, *Qui est in circuitu terræ*, *Hamos* 3.11. Plural. Constr. וּבִסְבִיבֵי *Et in circuitibus Jerusalem*, *id est*, *circumjacentibus locis*, *Jerem*.32.44. סְבִיבָיו *Circuitus ejus*,

*Qui estis in circuitu ejus, Circumstantes eum, Jerem.*48.17. וּסְבִיבָיו *Et (in) circuitibus ejus, id est, Circa eum, Psal.*50.3. סְבִיבֶיךָ *Ambitus tuos, id est, ea quæ sunt in circuitu tuo, Jer.*46.14. Et fœm. סְבִיבֹת *(In) circuitibus, Num.*11.24. Aff. סְבִיבוֹתָיו *(In) circuitibus ejus: id est, Circa eum, Ezech.*32.22. סְבִיבוֹתֵינוּ *Circuitus nostros, id est, Omnia quæ circa nos sunt, Num.*22.4.

סִבָּה *f.* Causa, 1.*Reg.*12.15.

נְסִבָּה *f.* Idem, 2.*Paral.*10.15.

מֵסַב *m.* Circuitus, 1.*Reg.*6.29. Accubitus, *circularis propriè; in orbem enim antiquitùs ad mensam sedebant:* Aff. בִּמְסִבּוֹ *In accubitu suo, Cant.*1.12. Plural. cum Aff. מְסִבָּי *Circuituum meorum, id est, circumdantium me, Psal.*140.10. Fœmin. מְסִבּוֹת *In circuitibus, Per circuitus, Per vicissitudines, Job.*37.12.

מוּסָב *m.* Ambitus, *ut antè in Hophal.*

סבך Implexum, Perplexum esse: Partic. Præter. סִירִים סְבֻכִים *Spina perplexa, Nah.*1.10. Pih. Fut. יְסֻבָּכוּ *Implexæ fuerint, Job.*8.17.

סְבַךְ *m.* Perplexitas, Perplexum, *Genes.*22.13. Plural. Constr. סִבְכֵי הַיַּעַר *Perplexa sylvæ, Jesa.*10.34.

סְבֹךְ *masc.* Idem: בִּסְבָךְ עֵץ *Contra perplexa ligni, Psal.*74.v.5.

שׂבך, סבך *masc.* Idem, 2.*Sam.*18.19. *cum* ש *loco* ס: Aff. מִסֻּבְּכוֹ *Ex perplexo vepreto suo, Jerem.*4.7. Plural. שְׂבָכִים *Encarpi, ornamenta frondosa columnarum, 1.Reg.*7.17. *Quidam, Opus reticulatum, exponunt.*

שְׂבָכָה *f.* Perplexum, Perplexitas, Opus implexum, Reticulum, 1.*Reg.*7.17. Plural. הַשְּׂבָכוֹת *Encarpi implexi, 1.Reg.*7.41. *quæ habent etiam* ש *loco* ס.

סַבְּכָא, שַׂבְּכָא Chald. *Sambuca*, instrumentum musicum, Dan.3.5. Græcis *σαμβύκη*, *unde* μ in Dagesch conver-

conversum est. Ibidem cum Sin, שבכא v.7. *R. Saadias exponit* Organum.

סבל Portavit, Tulit, Bajulavit: Præter. סבלנו *Ferimus*, *Thren.*5.7. Pyh. Partic. מסבלים *Portare facti, Onusti, Onerati, carne scil. & pinguedine, id est, Præpingues*, *Psal.*144.4. Chald. Partic. מסובלין Onusta, id est, firma, ut magnum Onus portare possint, Esræ 6.3. *vel* Portantia, *sensu eodem. Est autem ex forma Pohal, pro* מסבלין. Hithp. Futur. ויסתבל *Et onustam reddit se*, *Eccles.*12.5. *alii* 7.

סבל *m.* Bajulus, *Nehem.*4.10. Onus, 1.*Reg.*5.15. Plural. הסבלים *Bajuli*, 2.*Par.*34.13.

סבל *m.* Onus: לכל סבל *Super omne onus*, 1.*Reg.*11.28.

סבל *m.* Idem: Aff. סבלו *Oneris ejus*, *Jesa.*9.4.

סבלה *f.* Idem: Plural. סבלת *Onera*, *Exod.*6.6. Aff. בסבלתם *Onera eorum*, *Exod.*2.11.

סבלת *Quære in* שבל.

סבר Chald. *Cogitavit, Putavit, Existimavit*: Futur. ויסבר Et cogitabit, Dan.7.25.

סגד Adoravit, Procubuit, *adorandi vel honorandi causâ: Construitur cum Dativo*: Futur. אסגוד *Procumbam*, *Jes.*44.19. ויסגד־למו *Et procumbit eis*, *v.*15. יסגדו *Procumbunt*, *Jesa.*46.6. Chald. Præt. סגד Adoravit, Dan.2.46. Particip. סגדין לצלם Adorantes statuam, Dan.3.7. Futur. ויסגד Et adorabit, Dan.3.6. נסגד Adorabimus, Dan.3.18. ותסגדון Et adorabitis statuam, v.5.

סגל סגלה *f.* Peculium, *Exod.*19.5. Aff. לסגלתו *In peculium suum*, *Psal.*135.4.

סגן Antistes, Princeps Babyloniæ: סגנים *Antistites*, *Jesa.*41.25. וסגניה *Et antistites ejus*, *Jerem.*51.57. Chald. סגנין Antistitum, Dan.2.48. & סגניא Dan.3.2.

סגר Clausit, Conclusit, Inclusit, Occlusit, Præclusit: Tradidit, Dedidit: Præter. וְהַדֶּלֶת סגר *Et januam clausit*, *Genes.* 19. 6. *&c.* Chald. Præterit. וסגר פֻּם Et occlusit os, Dan. 6. 22. Niph. Præter. נִסְגַּר *Inclusit se*, 1. *Sam.* 23. 7. Imper. הִסָּגֵר *Include te*, *Ezech.* 3. *v.* 24. Futur. תִּסָּגֵר *Secluditor*, *Num.* 12. 10. יִסָּגֵרוּ *Occludantur*, *Jesa.* 45. 1. Pih. Præter. סִגַּר *Tradidit*, *Conclusit*, 1. *Sam.* 26. 8. סִגְּרַנִי *Dedidit me*, 1. *Sam.* 24. 19. Futurum, יְסַגֶּרְךָ *Tradet te*, *Dedet te*, 1. *Sam.* 17. 46. Pyh. Præter. סֻגַּר כָּל־בַּיִת *Claudetur omnis domus*, *Jesa.* 24. *v.* 14. סֻגְּרוּ *Occludentur*, *Jerem.* 13. 19. Particip. fœmin. וּמְסֻגֶּרֶת *Et occlusam*, *Jos.* 6. *v.* 1. Hiph. Præteritum, הִסְגִּיר אֹתוֹ *Reclusit eam*, *Levit.* 14. *v.* 46. לַדֶּבֶר הִסְגִּיר *Pesti dedidit*, *Psalm.* 78. 50.

סָגוּר *m.* Inclusum: זָהָב סָגוּר *Auro incluso*, 1. *Reg.* 8. 20. *v.* 21. *Quidam*, Auro optimo, *quod propter bonitatem inclusum erat & asservatum. Talmudici scribunt sic dictum, quòd quùm venum exponeretur, reliquæ officinæ essent* נִסְגָּרוֹת *clausæ, propter hujus bonitatem & præstantiam: Joma fol.* 45. *Chaldæus* דַּהֲבָא טָבָא *Auro optimo. Kimchi in lib. Radicum*, מְטוֹהָר וּמְזוּקָק *Mundo & purgatissimo, puro puto. Vide* זהב.

סְגוֹר *m.* Clausura, *Hos.* 13. 8. Aurum optimum, *Job.* 28. *v.* 15. *ab Includendo & asservando sic dictum, ut antè.*

סוּגַר *masc.* Claustrum: בַּסּוּגַר *In claustro*, *Ezech.* 19. 9. *Chaldæus*, בְּקוֹלָרִין *Collaribus ferreis, clausuris ferreis quæ collo imponuntur.*

סַגְרִיר *m.* Imber vehemens, *sic dictus quòd hominem Includat*, *Prov.* 27. 15.

מַסְגֵּר Claustrum, Carcer, *Jesa.* 24. 22. מִמַּסְגֵּר *E' claustro*, *Psalm.* 142. 8. *Item*, Claustrarius, Faber ferrarius, 2. *Reg.* 24. 14.

מִסְגֶּרֶת Tænia, *quasi Circumclusionem dicas*, *Exod.25.v.25.* Aff. לְמִסְגַּרְתּוֹ *Ad taniam ejus*, *ibid.*

מִסְגְּרוֹת *f.p.* Clausuræ, Fasciæ, *quasi Circumclusiones dicta*, 1.*Reg.*7.28. Cum Aff. מִמִּסְגְּרוֹתָם *De conclavibus, claustris suis*, 2.*Sam.*22.46.

סד *m.* Cippus, Compes: בַּסַּד *In compede*, *Job.*13.v.27. & 33.11. *Quadam exemplaria habent* סָד *quasi à* סוד.

סדן סָדִין *m.* Sindon, *Prov.*31.*v.*24. Plural. סְדִינִים *Sindones*, *Jud.*14.12.

סדר *m.* Ordo: סְדָרִים *Ordines*, *Job.*10.22. & ס *in* ש *mutato*, שְׂדֵרוֹת *f. Ordinationes*, *Coaxationes*, 1.*Reg.*6.9. הַשְּׂדֵרוֹת *Ordines hos*, *sc. armatorum*, 1.*Reg.*11.*v.*8.15. *Verbum* סַדֵּר Ordinare, Disponere, *Chaldais & Rabbinis tritissimum est.*

מִסְדְּרוֹנָה *f.* προκοιτὼν Procæton, *Vestibulum in quo custodes principum excubant*, *Jud.*2.23.

סהר *m.* Rotunditas: אַגַּן הַסַּהַר *Crater rotunditatis*, *Cant.*7.2. *id est*, *rotundus.*

סֹהַר *m.* Turris, Carcer, *à rotunditate adificii*, *Genes.*39. *vers.*20.

שַׂהֲרֹנִים *m.* Lunulæ, *ornamenta sive monilia pretiosa*, *à lunari forma sic appellata*, *Jud.*8.16.21. *Jes.*3.18. *à Chaldao* סַהֲרָא Luna, *quòd plena*, *Rotunda est.*

סוג Avertit se, Retrocessit: Præterit. סָג *Retrocessit*, *Psal.*53.4. Particip. Præter. סוּג לֵב *Aversus animo*, *Prov.*14.14. *Et ex Chaldaica significatione*, Fœmin. סוּגָה Sepitus, *Cant.*7.2. (*Rabbinis* סְיָג Sepes,) Futur. in Cholem, נָסוֹג *Retrocedemus*, *Psal.*80.9. Niph. נָסוֹג Retroactus vel Aversus fuit, Avertit se: לֹא נָסוֹג אָחוֹר לִבֵּנוּ *Non agitur retrorsum animus noster*, *Ps.*44.19. Et cum ש loco Samech, נָשׂוֹג *Retrocedebat*, *Aversum*

fuit, 2.*Sam*.1.22. נְסוֹגוּ אָחוֹר *Aversi sunt retrorsum*, *Jesa*. 42.17. Hoph. Præter. וְהֻסַּג אָחוֹר *Et aversum est* , *pro* וְהוּסַג *Jesa*.59.14.

סוד *m*. Arcanum, Secretum: Consilium, *sic dictum, quòd Arcanum sit*, *& in Arcano capiatur*: Cœtus consultantium, *Psal*.25.11 עַל סוֹד *Super cœtum*, *Jer*.6. *v*.11. Aff. בְּסֹדָם *In arcanum consilium eorum*, *Gen*.49.6. בְּסוֹדִי *In consilio meo*, *Jer*.23.22. *Affine Verbo* יָסַד, *unde & Rabbinis Fundamentum significat*.

סוה מַסְוֶה *m*. Velamen, Velum: וַיִּתֵּן עַל פָּנָיו מַסְוֶה *Imposuit faciei suæ velamen*, *Exod*.34.33. *& v*.34.

* סוט סֵטִים *Declinantes*, *vide in* שׂטה.

סוך Unxit, Unctus fuit, Unxit se: Præter. וְסוֹךְ לֹא סָכְתִּי *Et ungendo non unxeram me*, *Dan*.10. *v*.3. וְסַכְתְּ *Et unges te*, *Ruth*.3.3. Futurum, וָאֲסֻכֵךְ *Et unxi te*, *Ezech*.16.9. תָּסוּךְ *Unges te*, *Deuter*.28.40. וַיְסֻכוּם *Et unxerunt eos*, 2.*Paral*.28.15. Pih. *ex geminatis duabus radicalibus*, סִכְסֵךְ Misçere, Commiscere, *ut unguenta solent misçeri*: Præter. וְסִכְסַכְתִּי *Et commiscebo*, *Jes*.19.2. Futur. אֹיְבָיו יְסַכְסֵךְ *Inimicos ejus commiscebit*; *Jesa*.9.11. Hiph. Partic. מֵסִיךְ *Vide infrà in* סָכַךְ. Futur. וַיָּסֶךְ *Et unxit se*, 2.*Sam*.12.10.

אָסוּךְ *m*. Lecythus, *Vas olei sive unguenti*, 2.*Reg*.4.2.

סָךְ *m*. Turba mixta, *Psal*.42.5.

מְסוּכָה *Vide in* שׂוּךְ.

סון סִיוָן *masc*. Sivan, *nomen mensis Maji*, *Esth*.8.9. *ubi vocatur Tertius*, *scilicet à Martio*. *vide suprà in* נִסָן.

סוס *m*. Equus, *Genes*.49.17. Grus, *quòd similis sit Equo proceritate*, *staturâ & voce*, *scribit Mercerus Jesa*.38.14. *At Jer*.8.7. *scribitur* וְסוּס *& legitur* וְסִיס *ubi Jonathan transfert* כּוּרְכְיָא, *quod Rabbinis significat Gruem*,

Gruem, & sic R.Sal. גרואה. Plural. סוּסִים *Equi, Deut.17.v.16.* Constr. וְסוּסֵי *Et equi, 2.Reg.2.11.* Aff. כְּסוּסַי כְּסוּסֶיךָ *Sicut equi mei, sic equi tui, 1.Reg.22.24. R.Bechai Genes.2. ab Hilaritate sic dici existimat, cùm sit naturâ hilaris, & sessorem suâ alacritate exhilaret. Alibi,* לכן הוא נקרא סוס שהוא כמו שש : *Idcircò vocatur Sus, quòd est quasi Sas, id est, Hilaris, Deut.17.*

סוּסָה *f.* Equitatus, Equitium: *unde,* לְסֻסָתִי *Equitio, Cant.1.9. cum* ' *paragogico, juxta Ab.Esram.*

סוּף Deficere, Desinere, Consumi, Finiri: Præter. סָפוּ *Desinunt, Psalm.73.19.* וְסָפוּ *Et deficient, Hamos 3.15.* Futur. יָסוּף *Interibit, deficiet, Est.9.28.* יָסֻפוּ *Consumentur, Jesa.66.17.* Chald. Præter. fœmin. סָפַת Completum fuit, Dan.4.30. Hiph. Futur. אָסֵף כֹּל *Consumam, deficere faciam omnia, Soph.1.2. vel, Recipiendo recipiam, quasi ab* אָסַף *per contractionem, pro* אֶאֱסֹף. Futur. אֲסִיפֵם *Consumam eos, vel, Recipiam eos, Jer.8.v.13.* Chald. Futur. fœmin. וְתָסֵף Et consumet, Daniel.2.44.

סוֹף *m.* Finis, Extremitas: בְּסוֹף הַנַּחַל *In extremitate torrentis, 2.Par.20.16.* Chald. לְסוֹף Ad finem Dan.4.8. עַד סוֹפָא Ad finem usque, Dan.6.27.

סוּף *m.* Alga, Juncus, Juncetum, *quòd in Extremitate fluminum crescat, Jes.19.6.* בַּסּוּף *In alga, Exod.2.3.*

סוּפָה *f.* Turbo, *à Consumendo, Jes.17.13.* Et cum duplici signo fœmineo, סוּפָתָה *Hos.8.7.* Aff. וּבְסוּפָתְךָ *Et in turbine tuo, Psal.83.16.* Plur. כַּסּוּפוֹת *Sicut turbines, Jes.21.1.*

סוּר Discessit, Recessit, Secessit, Declinavit, Divertit: *Construitur cum Præposit.* מִן · מֵעַל · אֶל: Præter. סָר מֵעָלָיו *Recessit ab eo, Jud.16.20.* Infin. בְּשׂוּרִי *Cùm discessero ab eis, Hos.9.12. cum* שׂ *loco* ס. Futur. לֹא יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה *Non recedet sceptrum de Jehudah,*

Genes. 49.10. *Pravam ejus interpretationem vide apud Talmudicos in Sanh. cap.*1. *fol.*5.1. Pih. Præt. סוֹרֵר *Vagas efficit, Thren.*3.11. *Vide & infrà in* סָרַר. Hiph. הֵסִיר Recedere fecit: Abstulit, Sustulit, Avertit, Abduxit, Amovit, Removit, Summovit, Detraxit, Deposuit. Præterit. הֵסִיר תְּפִלָּתִי *Amovit orationem meam, Psalm.* 66.20. Hoph. הוּסַר Amotus, Remotus, Ablatus fuit, *Dan.*12.11. Particip. מוּסָר מֵעִיר *Amota est, Amovetur ab urbe, id est, ne sit urbs, Jes.*17.1. Plur. הַמּוּסָרִים *Qui amoti erant*, 1.*Sam.*21.6. Futur. יוּסַר *Auferetur, Lev.*4.35.

סַר *m.* Fastidiosus, *quasi Avertens se ab omnibus*, 1.*Reg.* 20.43. *cum Pathach loco Kametz.*

סָרָה *f.* Recessio, Dimotio, Aversio, Apostasia, *Deut.*13. *v.*5. *Jes.*1.5. מַכָּה בִּלְתִּי סָרָה *Plaga sine dimotione, Jes.*14.1. *id est, immotâ, permanente.*

סוּרִים *m.p.* Degeneres: Constr. סוּרֵי הַגֶּפֶן *Degeneres palmites vitis, Jerem.*2.21. Aff. וְסוּרַי *Et degeneres mei, Jer.*17.13. *id est*, סוּרִים מִמְּךָ *Recedentes, deficientes à te, juxta Kimchium, aut* סוּרַי *est pro* סוּרִים, *cui simile in* שָׂדָה. *Scribitur autem ab initio cum* י, *quasi à* יָסַר, *sed juxta Masorethas legendum* וְסוּרַי.

סוֹרֵרָה *f.* Recedens, Fugitiva, *Jesa.*49.21.

סות Hiph. הֵסִית Incitavit, Persuasit, Seduxit, Avertit: Præter. הֱסִיתְךָ מִפִּי צָר *Avertit te ab ore angustiæ, Job.*36.16. הֱסִיתְךָ בִּי *Incitavit te contra me: Vocalis longa aliquoties in brevem & Dagesch convertitur,* הִסִּיתוּךָ *Incitarunt te, Jer.*38.22. *cui simile vide in* זול. Et aliter, הֵסַתָּה אֹתוֹ *Seducebat eũ*, 1.*Reg.*21.25. *pro*, הֵסִיתָה. Partic. מֵסִית אֶתְכֶם *Incitat vos, Jerem.*43.3. *pro* מֵסִית. Partic. פֶּן־יַסִּית *Ne seducat vos, pro* יָסִית; *Jesa.*36. *v.*18. וַיָּסֶת אֶת־דָּוִד *Et incitavit Davidem*, 2.*Sam.*24.1.

סוּתֹה *Vide in* כָּסָה.

סחב Traxit: Præter. וְסָחַבְנוּ אֹתוֹ *Et trahemus eum*, 2.*Sam*.17.13. Infin. סָחוֹב *Trahendo*, *Jer*.22.19. לִסְחֹב *Ad trahendum*, *Jer*.15.3. Futur. יִסְחָבוּם *Raptaverint eos*, *Jer*.49.20.

סְחָבוֹת *f.p.* Extracta, *Jer*.38.11. *Abjectæ & laceræ vestes*.

סחה Pih. Expurgavit, Abrasit: Præter. וְסִחֵיתִי עֲפָרָהּ *Et abradam pulverem ejus*, *Ezech*.26. v.4. Niph. Futur. יִסַּח *vide in* נסח.

סְחִי *m*, Abrasio, Purgamentum, Sordes, *Thr*.3.45. *Hinc quidam deducunt* כַּסּוּחָה *Sicut sordes*, *Jesa*.5.25. *Sic Targum* כַּסְּחִיתָא, *cum quo consentit R.Salom. Vide* כסח.

סחף Abduxit, Everrit, *more Torrentis aut aquæ inundantis*. Particip. מָטָר סֹחֵף *Pluvia everrens*, *Prov*.28.3. Niph. Præter. נִסְחַף אַבִּירֶיךָ *Everritur quisq; robustorum tuorum*, *Jer*.46.15.

סחר Circuivit, *negotiandi causâ*, Mercatus, Negotiatus, Nundinatus est: Præt. סָחֲרוּ *Circumeunt negotiandi causâ*, *Nundinantur*, *Jerem*.14.18. Imperat. וּסְחָרוּהָ *Et circuite eam*, *Negotiamini (in) ea*, *Gen*.34.10. Futur. וַיִּסְחֲרוּ אֹתָהּ *Et negotiati sunt in ea*, *v*.21. *Geminatis posterioribus duabus radicalibus*, Præterit. לִבִּי סְחַרְחַר *Cor meum circumit*, *palpitat*, *Psal*.38.11.

סֹחֵר *m*. Negotiator, Mercator, *Prov*.31.14. Plur. סֹחֲרִים *Mercatores*, *Gen*.37.28. Constr. סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ *Mercatores regis*, 2.*Paral*.1.16. Aff. סֹחֲרֶיהָ *Mercatores ejus*, *Jes*.23.8. Fœmin. סֹחֵרָה *vel* סֹחֶרֶת Negotiatrix: Aff. סֹחַרְתֵּךְ *Negotiatrix tua*, *Ezech*.27.12.16.

סַחַר *masc*. Negotiatio, Mercatura, Mercimonium, Mercatus, Merx: Aff. סַחְרָהּ *Negotiatio*, *Merx ejus*, *Jesa*.23.18.

סְחַר *m*. Idem: Constr. סְחַר גּוֹיִם *Mercatus gentium*, *Jesa*.23.3.

סְחֹרָה *f.* Idem : Conſtr. סְחֹרַת יָדֵךְ *Negotiatio manus tua*, *Ezech.27.15.*

מִסְחָר *m.* Idem : Conſtr. וּמִסְחַר הָרֹכְלִים *Et mercaturam aromatariorum*, *1.Reg.10.15.*

סֹחֵרָה *f.* Parma, *munimentum Ambiens & Circumtegens ab hoſtium injuria*, *Pſal.91.4.*

סֹחֶרֶת *f.* Sochæreth, *lapidis præſtantis ſpecies*, *Eſth.1.6. Videtur pavimento magnifico adhibitus fuiſſe. Variant interpretes.*

סחש סָחִישׁ *m.* Sponte renatum, *2.Reg.19.29. quod ſcil. ex præcedentis anni frugibus reſectis ſponte recreſcit: Et tranſpoſitis literis* שׁ *&* ס : שָׁחִיס, *Jeſa 37.30.*

סיג *m.* Scoria : לְסִיג *In ſcoriam*, *Ezech.22.18.* Plural. הָגוֹ סִיגִים *Auferendo ſcorias*, *Prov.25.4.* Primo ' deficiente, סְגִים *Ezech.22.18.* לְסִגִים *In ſcorias*, *Ezech.22.19.* Aff. סִיגַיִךְ *Scorias tuas*, *Jeſa.1.25.*

* סִין *Vide in* סון.

סיר *c.* Olla, *Exod.16.3. Item* Spina : Plur. maſc. סִירִים *Spinæ*, *Jeſa 34.13.* קוֹל הַסִּירִים *Sonitus ſpinarum*, *Eccleſ.7.v.5.* Fœmin. סִירוֹת *Ollæ*, *2.Paralip.4.11. Semel* Hami, *ſic dicti, quod inſtar Spinarum pungant & penetrent*: בְּסִירוֹת *Cum hamis*, *Amos 4.2.*

סָכַךְ Texit, Obtexit, Protexit : Obduxit, Operuit, *Sæpe conſtruitur cum Præpoſit.* עַל, *&* ס *commutatur interdum in* שׂ. Præterit. סַכֹּתָה בֶעָנָן *Obtegis nube*, *Thren.3.44.* וְשַׂכֹּתִי כַפִּי עָלֶיךָ *Et obtegam te manu mea*, *Exod.33.22.* Partic. סוֹכֵךְ *Protegens vel Protector*, *Ezech.28.14.* Plural. סֹכְכִים *Obtegentes*, *Exod.25.20.* Fut. תְּסֻכֵּנִי *obtexiſti me*, *Pſal.139.13.* Pih. Futur. תְּשֹׂכְכֵנִי *Texiſti me*, *Job.10.11. Hinc poſſit eſſe* סְכֹסֵךְ, *quod vide in* סוך. Hiph. Partic. מֵסִיךְ הוּא אֶת רַגְלָיו *Tegit ipſe pedes ſuos*, *Jud.4.24. cum Chirek loco Tzere.* Sic Infinit. לְהָסֵךְ

Ad

Ad tegendum, 1.*Sam*.24.4. Fut. וַיָּסֶךְ עַל־אֲרוֹן *Et obtexit arcam*, *Exod*.40.21. *Metaphoricè* Clausit, Occlusit, *Job*. 38.8. וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ *Et proteges eos*, *Psal*.5.12. Hoph. Futur. יֻסַּךְ *Tegetur*, *pro* יוּסַךְ, *Exod*.25.29.

שׂךְ סךְ *m*. Tugurium, Tabernaculum: Aff. סֻכּוֹ *Tugurium ejus*, *Psal*.76.3. שֻׂכּוֹ *Tabernaculum suum*, *Thren*.2.6. Et cum ה in fine, בְּסֻכֹּה *In tugurio suo*, *Psal*.27.5.

סךְ *Vide suprà in* סוּךְ.

סֻכָּה *f*. Idem: *Jonæ* 4.5. Constr. אֶת־סֻכַּת דָּוִיד *Tugurium Davidis*, *Amos* 9.11. Aff. סֻכָּתוֹ *Tugurium suum*, *Psal*.18. *v*.12. Plural. סֻכּוֹת *Tuguria*, *Gen*.33.17. *ubi &* Proprium nomen loci *est*, *à Tuguriis sic dicti*: הַסֻּכּוֹת *Tabernaculorum*, *Tuguriorum*, *Levit*.23.34.

סִכּוּת *f*. Tabernaculum, *Amos* 5.26.

מָסָךְ *m*. Tegumentum, *Exod*.26.36. Constr. וְאֵת מָסַךְ *Et tegumentum portæ*, *Exod*.35.17.

מוּסָךְ *m*. Tegmen: Constr. וְאֵת מוּסַךְ הַשַּׁבָּת *Et tegmen sabbathi*, 2.*Reg*.16.18.

מְסֻכָּה *f*. Operimentum: Aff. מְסֻכָתֶךָ *Operimentum tuum*, *Ezech*.28.13.

מְסוּכָה *Vide in* שׂוּךְ.

סכל Pih. Stultum reddidit vel effecit, Infatuavit: Imperativ. סַכֶּל־נָא *Stultum redde nunc*, 2.*Sam*.15.31. Futur. וְדַעְתָּם יְסַכֵּל *Et scientiam eorum infatuaturus est*, *Jesa*.44.25. Niph. Præter. נִסְכַּלְתָּ *Stultè egisti*, 2.*Paral*.16.9. נִסְכַּלְתִּי *Stultè egi*, 2.*Sam*.24.10. Hiph. Præter. הִסְכַּלְתָּ *Stultè egisti*, *Gen*.31.28. הִסְכַּלְתִּי *Stultè egi*, 1.*Sam*.26.21.

סָכָל *m*. Stultus, Stolidus, *Eccl*.2.19. Plural. בָּנִים סְכָלִים *Filii stulti*, *Jerem*.4.22.

סֶכֶל *m*. Stultitia, Stoliditas, *Eccl*.10.6.

סִכְלוּת *f*. Idem, *Eccl*.10.1. Et cum שׂ, שִׂכְלוּת *Eccl*.1.17.

סכן

סכן Profuit : *est autem magis Chaldaicum, quàm Hebraicum, unde ad diversa significata traducitur :* Futur. יִסְכּוֹן *Prodest, Job.15.3.* מַה יִסְכָּן לָךְ *Quid proderit tibi, Job.35.3.* Niph. נִסְכַּן Periclitari, *quâ significatione Chaldæis & Rabbinis usitatissimum.* Futur. יִסָּכֶן בָּם *Periclitabitur in eis, Eccles.10.9.* Hiph. הִסְכִּין Solitus fuit, Assuevit, Assuefactus fuit : Præterit. וְכָל דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה *Omnium viarum mearum assuefactus es, Psal.139. v.3. id est, peritus.* Infinit. cum Præter. הַהַסְכֵּן הִסְכַּנְתִּי *Num solendo solita sum, An unquam solita fui, Numer.22. v.30.* Imper. הַסְכֶּל־ *Assuesce, Job.22.21.*

סֹכֵן *m.* Thesaurarius, Præfectus aulæ, *quasi publicus Adjutor dictus, qui prodest multis, Jesa.22.15.*

סֹכֶנֶת *fœm.* Adjutrix, *quæ prodest & utilitatem adfert, 1.Reg.1.2.*

מִסְכֵּן *m.* Indigus, Penuriosus, *qui de suo aliis non potest prodesse, sed aliorum auxilio opus habet, Eccles.4.13.*

מְסֻכָּן *m.* Idem, *Jesa.40.20. juxta Kimchium : Ab. Esra,* Præfectus, Thesaurarius oblationum : *R.Sal.* Assuefactus, Edoctus.

מִסְכֵּנוּת *f.* Penuria, *Deut.8.9.*

מִסְכְּנוֹת *f.p.* Penuria, Apothecæ, Thesauri, Promptuaria, Armamentaria : עָרֵי מִסְכְּנוֹת *Urbes thesaurorum vel armamentariorum, Exod.1.11.*

סכר Pih. Conclusit, Obturavit, Tradidit, Inclusit : Præter. וְסִכַּרְתִּי *Et conclusi, Jesa.19.4.* Niph. Futur. יִסָּכֵר *Obturabitur, Psal.63.12.* וַיִּסָּכְרוּ *Et obturati sunt, Genes.8.2. ubi Ab.Esra scribit, idem esse hoc Verbum quod סָגַר, commutatis inter se ג & כ.*

שֶׂכֶר *m.* Clausura, Excipulus, *locus in quo Concluduntur aquæ, Jesa.19.10. Quidam Rete explicant.*

סכת Hiph. הִסְכִּית Auscultavit, Attendit: Imp. הַסְכֵּת *Attende, Deut.27.9.*

סלא Pyh. סֻלָּא Æstimari, Taxari: Part. הַמְסֻלָּאִים *Taxati, Thren.4.v.2.* Futur. cum ה loco א, תְּסֻלֶּה *Aestimabitur, Job.38.16.*

סלד Pih. Æstuare. Futur. וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה *Et exæstuo dolore, Job.6.10. juxta R.Levi: Aben Esra,* Obduresco: *Rabbinis etiam* Orare, Simpliciter precari *est, quam significationem R.Anschel in suo Lexico Hebræo-germanico sequitur.*

סלה Stravit, Prostravit, Conculcavit: Præter. סָלִיתָ כָּל שׁוֹגִים *Conculcas omnes errantes, Psal.119.118.* Pih. Præter. סִלָּה *Conculcat, Thren.1.15.* Pyh. תְּסֻלֶּה, *Vide in* סלא.

סֶלָה Sælah, *vocabulum sive nota musica per se nihil significans. R.D.Kimchi scribit,* Elevationem *significare, quasi a* סָלַל *irregulari formâ deductum, quòd ibi cantores vocem elevarent. Posit & à* סָלָה *esse, quasi vocis Sternendæ & remittendæ symbolum, notans cōmunem pausam, in qua voces omnes æquabili & temperato concentu quasi Sternebantur & pausabant, nō tam moderatæ respirationis, quàm gravis cujusdam suavitatis causâ. Apud Rabbinos etiam est* נֵצַח Sempiternùm, Perpetuò, In seculum. *Sic Chaldaicè, pro* סֶלָה, *in Targum,* לְעָלְמֵי עָלְמִין, *Psal.44.9.*

סלח Condonavit, Remisit: *Construitur cum* ל *sive Dativo:* Præter. סָלַחְתָּ לַעֲוֹנֵנוּ *Condonans iniquitates nostras, Exod.34.9.* Niph. Præter. וְנִסְלַח לוֹ *Et condonabitur ipsi, Num.15.28.*

סַלָּח *m.* Condonator, *Psal.86.5.*

סְלִיחָה *f.* Condonatio, Remissio: *Psal.130.4.* Plural. סְלִיחוֹת *Condonationes, Neh.9.17.*

סלל Aggeravit, Contumulavit, Extulit, Exaltavit: *Est propriè viam aggestâ terrâ sternere & elevare; Unde deinceps latiori Extollendi significatione sumitur.* Part. Præter. Fœm. דֶּרֶךְ לֹא סְלוּלָה *Via non aggesta, Jer.*18.15. Imperat. סֹלּוּ *Aggerate, Jesa.*57.14. סָלּוּהָ *Contumulate eam, Jer.*50.26. Fut. וַיָּסֹלּוּ *Et aggerarunt, Job.*19.12. Pih. geminatâ primâ radicali, Imp. סַלְסְלֶהָ *Extolle eam, Prov.*4.8. Hithp. Partic. מִסְתּוֹלֵל *Extollis teipsum, Exod.*9.17.

סל סַל *m.* Canistrum, *ab Attollendo dictum: plerunq; enim supra caput attollitur, ut coquus sive pistor ille fecerat Gen.* 40.17. Plural. סַלִּים *Canistra v.*18.

סללה *f.* Agger, *aggesta moles terra, 2.Samuel.*20.15. *Item 2.Reg.*19. 32. *juxta Chaldæum & Hebræos.* Plural. הַסֹּלְלוֹת *Aggestæ moles, Aggeres, Jer.*32.24.

סלסלות סַלְסִלּוֹת *f.p.* Quali, *corbes vindemiatoriæ, per quas mustum prælo expressum colatur, Jer.*6.9.

מסלול מַסְלוּל *m.* Agger, *aggesta & excelsa via, Jesa.*35.8.

מסלה מְסִלָּה *f.* Aggesta, Strata, Trita via, *Jesa.*11.16. Constr. מְסִלַּת יְשָׁרִים *Agger rectorum est, Jesa.*7.v.3. Aff. בִּמְסִלָּתוֹ *Per tritam viam suam, Joel.*2.8. Plural. מְסִלּוֹת *Viæ vel itinera trita, Jesa.*33.8. *Aggeres, aggestæ viæ, 2.Par.*9.11. Aff. וּמְסִלֹּתַי *Et aggestæ via mea, Jesa.*49.11.

סלם סֻלָּם *m.* Scala; סֻלָּם מֻצָּב אַרְצָה *Scala constituta erat in terra, Gen.*28.12.

סלן סִלּוֹן סַלּוֹן *m.* Spinus, Spina, *Ezech.*28.24. Plural. וְסַלּוֹנִים *Et spinæ aculeata, Ezech.*2.6. *Kimchi in Michlol deducit à* סלל, *quòd per eam in Altum ascendatur. Sic* ו *est formativum, ut alibi. Kimchi in Michlol deducit à* סלל, *pro* סללון *forma* יתרון.

סלע סֶלַע *m.* Petra, *Psal.*40.3. Aff. סַלְעוֹ *Petra ejus*, *Jesa.*31.9. סַלְעִי *Petra mea*, *Psalm.*18.3. Plural. סְלָעִים *Petræ*, *Psal.*104.18.

סָלְעָם *m.* Bombyx, *juxta quosdam*, *Lev.*11.22. *Talmudici Locustæ speciem esse scribunt*, *Cod. Cholin*, *cap.*3. *fol.*65. *sic dictam, quòd Petris delectetur*, *à* סֶלַע: *Quibusdam* ם *est radicale*, Attelabus, *locustæ species sine alis.*

סִלֵּף Pih. Pervertit: Partic. מְסַלֵּף רְשָׁעִים *Pervertit improbos*, *Proverb.*21.12. Futur. יְסַלֵּף *Pervertit*, *Job.*12.19. תְּסַלֵּף *Pervertit*, *Prov.*19.3.

סֶלֶף *m.* Perversitas, *Prov.*11.3.

סְלִק Chald. *Ascendit*: Præter. fœm. סִלְקַת Ascendebat, Succrescebat, Dan.7.8. cum Kametz juxta Masoram, sed irregulariter, & סִלְקָת vers.20. סְלִיקוּ Ascenderunt, Esr.4.12. Partic. præsens, plur. fœm. סָלְקָן Ascendebant, Dan.7.3.

סֹלֶת *f.* Simila, Similago, *Gen.*18.6. Aff. מִסָּלְתָּהּ E' *simila ejus*, *Lev.*2.2.

סַם סַמִּים *m.p.* Aromata, *ea inprimis, quæ ad suffitum adhibebantur*, *Exod.*30.7. *Rabbini utuntur etiam in singulari, & sumitur quoque in malum, ut*, סַם הַמָּוֶת Aroma mortis, *id est*, *Venenum lethale.*

סְמָדַר Uva-prima, *quæ, flore decidente, apparere incipit*, *Cant.*2.13. & 7.12.

סָמַךְ Nixus, Innixus fuit, Incubuit: *& sic construitur cum* עַל: Imposuit, Fulcivit, Sustentavit, Appropinquavit. Præter. עָלָיו סָמַךְ מֹשֶׁה אֶת־יָדָיו *Nixus fuit Moses manibus suis super eum*, *Deut.*34.9. *id est*, *Imposuit ei manus*: סָמַךְ *Accedit, Appropinquat rex Babel ad Jerusalem*, *Ezech.*24.2. וְסָמַכְתָּ אֶת־יָדְךָ אֶל־יְרוּשָׁלִַם *Et impones manum tuam*, *Numer.*27.18. סְמַכְתִּיו *Fulcivi*

eum, Genes.27.27. Partic. Præt. סָמוּךְ Fultus, Psal.112.8. Niph. Præt. עָלֶיךָ נִסְמַכְתִּי Tibi innitor, Psal.71.6. נִסְמְכוּ Innitantur, Jes.48.2. Futur. יִסָּמֵךְ Innixus fuerit, 2.Reg. 18.21. Pih. Imper. סַמְּכוּנִי Fulcite me, Cant.2.5.

סמל m. Simulachrum; סֵמֶל הַקִּנְאָה Simulachrum zelotypiæ, Ezech.8.5.

סמן Niph. נִסְמַן Signare. Particip. וּשְׂעֹרָה נִסְמָן Et hordeum signatum vel designatum, id est, Insigne & optimum, Jesa.28.v.25. Hinc סִימָן σημεῖον, Signum, apud Rabbinos, quo & Caput libri appellant.

סמף סוּמְפּוֹנְיָה Chald. Symphonia, συμφωνία, Dan.3.v.15. vel סוּמְפֹּנְיָה vers.5. vel סִיפֹּנְיָא vers.10. quod Masorethæ legendum restituerunt סוּמְפֹּנְיָא. A' Græcis mutuata vox.

סמר Horruit, Riguit. Præter. סָמַר מִפַּחְדְּךָ Horret pavore tui, Psalm.119.v.120. Pih. Futurum, תְּסַמֵּר שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי Horrere vel Horridos efficeret, Horrificaret pilos carnis meæ, Job.4.15.

מַסְמְרִים m.p. Clavi, sic dicti, quòd cum Horrore & crepitu quodam infigantur, Jesa.41.7. Et מ cum Chirek, לַמִּסְמְרִים In clavos, 1.Paralip.22.3. Fœmin. בְּמַסְמְרוֹת Cum clavis, Jerem.10.4. לַמִּסְמְרוֹת In clavos, 2.Par.3.9. Et ס in ש commutato, וּכְמַשְׂמְרוֹת Et sicut clavi, Ecclesi.12.11.

סנה m. Rubus; שֹׁכְנִי סְנֶה Inhabitantis Rubum; Deut.33.16. Hinc סִינַי Sinai, montis nomen, à Rubi copia, כִּי הָאֲבָנִים הנמצאים בו יצוייר עליהם הסנה, quòd lapides inventi in eo figuratum in se habuerint rubum, ut scribunt Commentatores in librum More nebhachim, Par.1.cap.66. adeò ut etiam in fragmentis lapidum istorum figuræ rubi apparuerint, quod se Ephodeus, alter istorum Commentatorum, vidisse scribit.

סנור

סַנְוֵר *m.* Cæcitas, Obtenebratio oculorum & cordis, *ut Ab.Esra annotat Gen.19.vel* Plaga cæcitatis, *Rab.Sal. Genes.19. ut videns nesciat quid videat, Idem* 2.*Reg.6.* Plur. בַּסַּנְוֵרִים *Cæcitatibus, hoc est, summâ & densissimâ cæcitate, Gen.19.11. Idem extat 2.Reg.6.18. Hinc,* תְּסַנֵּור *Excæcabis, Num.16.14. in Targum Jonathanis.*

סַנְסַן *m.* Ramus, Palmes: Plur. סַנְסִנִּים: Cum Aff. בְּסַנְסִנָּיו *In palmites ejus, Cant.7.8.*

סְנַפִּיר *m.* Pinnæ piscium: כֹּל אֲשֶׁר לוֹ סְנַפִּיר *Cuicunque sunt pinnæ, Lev.11.9.10.*

סָס *m.* Tinea, Blatta: כַּצֶּמֶר יֹאכְלֵם סָס *Sicut lanam exedet eos blatta, Jesa.51.8. Græcè σὴς, Matth.6.19. Syrè* סָסָא.

סָעַד Fulcivit, Suffulcivit, Sustentavit: Præterit. וְסָעַד בַּחֶסֶד כִּסְאוֹ *Et sustentat benignitate solium suum, Prov.20.28.* Chald. *Auxiliari, Juvare:* Particip. Pihel, מְסַעֲדִין Suffulcientes, Juvantes, Esr.5.2.

מִסְעָד *m.* Fulcrum, Fulcimentum: 1.*Reg.10.12. Kimchi,* Columnas: *R.Salomon,* Pavimentum: *Quidam,* Repagulum.

* **סעא** *Unde* סֹעָה, *quod vide in* נָסַע.

סעף סָעִיף *masc.* Ramus: *Metaphoricè,* Scopulus, Cogitatio: Constr. סְעִיף סֶלַע *Scopulum petræ, Jud.15.11.* Plural. עַל שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים *In duabus istis cogitationibus, 1.Reg.18.21.* Constr. סְעִפֵי *Scopulis petrarum, Jesa.57.5.* Aff. סְעִפֶיהָ *Ramos ejus, Jesa.27.10.* Et aliter, בִּשְׂעִפִּים *Inter cogitationes, Job.4.13.* שְׂעִפַּי *Cogitationes meæ, Job.20.2.*

סְעַפּוֹת *f.p.* Rami: Aff. אֶל־סְעַפֹּתָיו *Ramis ejus, Ezech.31.8.* בִּסְעַפֹּתָיו *In ramusculis ejus, v.6.*

סְעִפִּים *m.p.* Cogitationes, *Psal.119.113.*

סֵעֵף Pih. Collucavit, Ramos excîdit, *q.d. Deramavit:*

Participium , מְסָעֵף פֻּארָה Collucaturus est ramum, *Jesa.10.3.*

סַעַר שַׂעַר *m.* Turba, Procella, Tempestas : סַעַר גָּדוֹל *Tempestas magna, Jon.1.4.* Aff. בְּסַעֲרֶךָ *Cū procella tua, Psal.83.16.* שַׂעַר *Turbo, Jes.28.2.* Fœm. סְעָרָה *Turbo, Ezech.1.4.* בִּשְׂעָרָה *Cum turbine, Job.9.17.* Constr. סַעֲרַת יְהוָה *Turbo Domini, Jer.23.19.* Plur. סְעָרוֹת *Turbines, Ezech.13.11.* Constr. בְּסַעֲרוֹת *Procellis, Zach.9.14.*

סָעַר Procellosum esse, Procellis agitari : Procellosè, Turbulenter agere. Particip. סֹעֵר *Procellosum erat, Jon.1.11.* סֹעֲרָה *fœm. Procellis agitata, Jesa.54.11.* Futur. וְאֵסָעֲרֵם *Procella vel Turbine dejiciam eos, Zachar.7.14. quod irregularem formam habet, pro* אֶסְעָרֵם *quasi ex Kal: aut* אֲסַעֲרֵם *ex Pihel, aut* אֶסָּעֲרֵם, *id est,* אֶסָּעֵר עִמָּם *Procellosum exhibebo me cum eis, ex Niphal.* Et cum ש יִשְׂעָרֶנּוּ *Procellet eum, Psal.58.10.* יִסְעֲרוּ *Turbinem excitarent, Hab.3.14.* Niph. Præter. cum ש , נִשְׂעֲרָה *Procellosus est, Psalm.50.3.* Pih. Futur. וִישָׂעֲרֵהוּ *Et in morem procellæ abripit eum, Job.27.21.* Pyh. Futur. יְסֹעַר *Turbine abripitur, Hos.13.3. in Tzere loco Pathach.* Hithp. Futur. וְיִשְׂתָּעֵר *Et instar turbinis feretur, Ut turbo irruet, Dan.11.40.*

ספא מִסְפּא *masc.* Pabulum : מִסְפּוֹא רָב *Pabulum multum, Gen.24.25.*

סָפַד Planxit, Planctum egit, *& de gestu externo propriè dicitur. Construitur cum Præposit.* ל *&* עַל. Præter. וְסָפְדוּ לוֹ *Et plangent eum, 1.Reg.14.13.* וְסָפְדוּ עָלָיו *Et plangent super eum, Zachar.12.10.* Niph. Futur. יִסָּפְדוּ *Plangentur, Jer.14.6.*

מִסְפֵּד *m.* Planctus, *Hamos 5.16.* Constructum, מִסְפַּד תַּמְרוּרִים *Planctum amaritudinum, Jerem.6.26. id est, amarissimum.*

ספה

ספה Consumere, Perdere: Consumi, Deficere, quomodo cum סוּף convenit: Addidit, Adjecit, quod à יָסַף mutuatur. Præter. סָפְתָה בְּהֵמוֹת Deficit quodq; animalium, Jerem.12.4. Infinit. לְמַעַן סְפוֹת Propter addere, id est, ut addat, Deuter.29.19. לִסְפּוֹת Ut addatis, Num.32.14. לִסְפּוֹתָהּ Ad perdendum eam, Psal.40.15. Imp. סְפוּ Adjicite, Jes.29.1. Futur. תִּסְפֶּה הַצַּדִּיק Perimes justum, Gen.18.23. תִּסְפֶּה Consumet, Jes.7.20. Niph. Præt. וְנִסְפָּה Et consumetur, 1.Sam.26.10. Partic. נִסְפֶּה Consumtus vel Qui consumit se, Prov.13.23. Futur. אֶסָּפֶה Consumar, 1.Sam.27.1. פֶּן תִּסָּפֶה Ne perimaris, Genes.19.15. תִּסָּפוּ Consumemini, 1.Sam.12.25. Hiph. אַסְפֶּה עָלֵימוֹ Accumulabo super eos mala, Deut.32.23.

ספח Aggeravit, Adhærere fecit, Adhibuit, Cooptavit, Associavit, & habet interdum שׂ pro ס: Imper. סְפָחֵנִי Coopta me, 1.Sam.2.36. Niph. Præter. וְנִסְפְּחוּ Et adjungent, vel, Associabunt se, Jesa.14.1. Pih. סִפַּח Admovit, Aggregavit: Scabie affecit vel decalvavit: Præterit. וְשִׂפַּח Et scabie afficiet, Jesa.3.7. vel, Decalvabit. Particip. מְסַפֵּחַ Adhibens, Admovens, Abac.2.15. Pyh. Futur. יְסֻפָּחוּ Aggregabuntur, Job.30.7. vel juxta quosdam, Scabie, Abscessibus afficientur, id est, Urentur ut pustulas & abscessus contrahant. Hithp. Infinit. מֵהִסְתַּפֵּחַ Ne adhæream, ne cooptatus hæream, 1.Sam.26.19.

סָפִיחַ m. Sponte-natum, Sponte-crescens, nempe Frumentum sine semente aut satione, Jes.37.30. Constr. אֵת סְפִיחַ קְצִירְךָ Sponte-natum messis tuæ, Lev.25.5. Plur. cum Aff. סְפִיחֶיהָ Sponte-nascentia ejus, v.11. Job.14.19.

סַפַּחַת f. Abscessus, Apostema, vel secundum Chaldæum, Scabies, Levit.13.2.

מִסְפַּחַת f. Idem, vers.6.

מִשְׂפָּח *m.* Suppuratio, *vel* Aggregatio, *Jesa.5.7. nempe Cumulatio peccati ad peccatum, ut R.Salomon explicat; Pertinacia, Contumacia; cum* שׂ *loco* ס.

מִסְפָּחוֹת *f.p.* Confibulæ, *Ezech.13.18. Generale nomen, juxta quosdam, earum rerum quibus aliquid constringitur & conjungitur, ut adhærescat; R.David Kimchi,* Pepla; *alii* Tiaras: *alii* Cervicalia *reddunt:* Aff. מִסְפְּחוֹתֵיכֶם *Confibulas vestras, v.21.*

ספל *m.* Simpulum, *Vasis genus, Jud.6.38. Chaldæus,* בְּסֵפֶל לַקְנָא דְמַיָּא Lagenam aquarum, *vertit: In simpulo, Jud.5.25.* Chald. בִּפִילִי *Phialâ, ex qua bibunt heroes & magnifici, ut Kimchi addit.*

ספן Texit, Obtexit: *Affine est Verbo* צָפַן. Particip. Præter. סָפוּן *Tectus, Protectus est, Deuter.33.21.* וְסָפֻן בָּאָרֶז *Et tectum erat cedrinis, 1.Regum 7.3.* Plural. בְּבָתֵּיכֶם סְפוּנִים *In domibus vestris tectis, Hagg.1. v.4.* Constr. & cum שׁ, וּשְׂפֻנֵי *Et tecta, Occulta, Deut.33.19.* Futur. וַיִּסְפֹּן *Et obtexit, 1.Reg.6.9.*

סִפּוּן *m.* Tegmen, Tegumentum, *1.Reg.6.15.*

